non ideo dicit pfectissimus. quia cõuenientior & aptior est ad pfectionẽ acq̃rendam. sed q̃ hominẽ iam pfectus requirit. Patet/quia stat⁹ est pfectionis in alios exercende non acq̃rende. q̃ re hominẽ pfectissimũ exigit & requirit. Quo circa accipiam⁹ differẽtiam inter statum pfectionis acquirende/& statum pfectionis exercẽde. que ẽdam differentia a fine sumẽda est. Status nempe pfectionis exercẽde intendit bonũ suum in alios effundere et multiplicare. Status vero pfectionis acquirẽde bonũ illud qđ iam ali⁹ difundit/intendit/nitit̃ /& festinat in se acquirere. Primus ex abũdantia in alios redundat. secũdus in se stat. Scõm enĩ Aristo. v. ethi. Virtus tunc pfecta est/quãdo habẽs eam potest ad alterum vti & modo ad seipm. Multi enĩ in ppriis virtute vti possunt. qui ad alteruz nequeũt. Ille ra sequit̃ & si status plationis sit status pfectionis exercende. non sic tamẽ exercẽde/q̃ netiaz & sit acquirende. Patet quia plati non sũt in sũmo pfectionis/ sed in dies pficiunt in gratijs et virtutib⁹. Non q̃ iam acceperim/dicit apostol⁹ aut pfectus sim/hoc est sic quin amplius perfici possim. Sequor autem si quo modo cõprehendam. Quare autẽ plus dicatur pfectionis exercende q̃ acquirẽde. ideo est quia p̃ncipaliter datur & instituit̃ ex officio & ordine vt bonũ qđ in eo est extendat/deriuet in alios & effundat. et quasi se neglecto/alijs non sibi viuat. qui nec sic pfectus est quin vlterius pfici queat. sed q̃ maxima ex pte iam pfectionis est. sicut perfect⁹ doctor et clericus dicitur /quia excellẽter pfecit in doctrina q̃ q̃ omni die pficiat in ea. ¶ Ex istis infero quia status curatoz in ordine proximus est statui episcopoz̃. Patet/quia eadem opera hierachica eis incũbũt que & episcopis Et si nõ in tam excellenti gradu. Debent enim subditos purgare arguendo/increpando. illuminare docendo & p̃dicando. Perficere sacramenta ministrãdo. Lenenit̃ & in casu sicut episcopi animas pro ilb⁹ ponere. Unde & in missione septuaginta duoz̃ discipulorũ / quibus curati succedunt fm theologos & iuristas. quasi eadem opa mãdauit eis christ⁹/ que et apostolis /luce decimo. ¶ Sequit̃ statim ex hoc/ q̃ status curatorũ perfectior est statu religiosorũ. Patet quia primi est ppinquus sũmo est perfectius. Secundo q̃ status curatorũ est status pfectionis exercende Religionis vero status magis est acquirende. fm p̃dicta autez status perfectionis exercende perfectio est statu pfectionis acquirende ¶ q̃ status religiosorum sit perfectionis acquirende hoc expresse ponit sanctus doctor scda scde. q. clxxxvj. arti. primo in solutione. iij. & iiij. rationum et ar. ij. i corpore questionis. Et libello suo de pfectione vite spiritalis. Status inquit religionis ad pfectionez ptinere dicitur pro quãto est via tendendi ad pfectionem per quedam exercitia regularis obseruãtie. Unde & .ij. .ij. i pluribus locis questionis eiusdẽ. Religiosus inq̃t non pfitetur se esse pfectus/sed magis adhibere curam/operam/& studium ad acquirendã perfectionem/per regulares obseruãtias sue religionis/quã assumit. sicut instrumẽta ad pfectionez Et ita sicut ipse dicit/ dicitur status pfectionis solum ex intentione finis perfectionis acquirende Qui autez opatur ad finem. nõdum assecut⁹ est finem. Alioquin religiosus pfessus vni⁹ dicit qui verissime & ppie est religiosus/ esset iam pfectus. et pueri q̃ttuordecim annoz̃ pfessi/dicerentur iam pfecti. qđ quis diceret? Unde & religionibus licite & bene recipiunt̃ pueri adolescẽtes/homines indocti /& imp fectissimi vt scilicet pficiant̃ in religione. tales autẽ nunq̃ deberent admitti ad curam regendam. Sic igit̃ status curatorũ requirit hominẽ pfectiorem q̃ status religionis. Ea ppter dicebat Aug⁹. & habet̃ .xxj. q. j. c. Probationes non nisi et meliores in clericos hoc est curatos recipim⁹. Nõ dicit in monachos vel religiosos ad quem statũ : quia est status pfectiõis acq̃rende. oẽs recipi possunt Porterea fm diuinũ dionysiũ status platorum pfertur statui religiosoz̃. quia est adductiu⁹ & alius in se status. Ipsorũ autem curatorũ est etiaz alios ad deum adducere/exhortando/instruendo & monẽdo/quo sic ad deũ redeãt. Unde. vj. ca. celestis hierarchie ait ipse dionysius. Cõsũmatus monachus/retro sacerdotez stat non supra caput habens tradita eloquia. Sequit̃ in textu ¶ autez nec̃ supra caput tradita eloquia habere dicit̃ / & astare sacerdoti/ declarat monachicũ ordinẽ non esse alijs platuz. sed in ipa stantẽ singulari & sacra statione. Unde & ab initio institutionis religiosorũ/ vt ex legendis patrũ claret & apparet. religiosi erant subditi parochialib⁹ curatis a quibus & recipiebant ecclesiastica sacramenta. Postmodũ vero vt vagandi tolleretur occasio. abbates eorũ instituti sũt curati eorum. ¶ Item arguit̃ ad corollariũ/ quoniã curati ordinati sũt ad bonũ cõmune/religiosi vero vocãt bono puato/& singulari/& sacre stationi/bonum vero cõmune diuinius ẽ & melius bono puato. ¶ Infero vltra q̃ status curatorũ sicut & episcoporũ/est de primaria & ordinaria christi institutione. Patet quia ipi discipuli quib⁹ succedunt curati fm glosas et canones/ fuerunt ordinarij hierachie/& imediate a christo missi. & potestatẽ hierachisandi acceperũt/non a petro sed a xpo. ¶ Sequit̃ vltra q̃ curati parochiales /nõ se habent ad episcopos sicut baliui vel ppositi ad regem vel principem. Patet quoniã ipi curati habent ordinariã iurisdictionẽ siue potestatẽ exercendi ea q̃ iuris sũt in subditos /sicut & discipuli

quibus succedunt. ¶Prepositi autē ꝛ baliui non habent nisi subdelegatā iurisdictionē non ordinariā. Secūdo si curati non haberēt ordinariaz iurisdictionē plus q̄ ꝑpositi vel baliui regum ꝛ ꝑncipum/tunc episcopi possent ꝓ libitu ꝛ mere gratis/eos deponere absq̄ culpa /sicut ꝑncipes de suis ꝑpositis ꝛ baliuis facere possunt Consequens autē falsuz est. quia �means canones /ecclīaz quā quis iuste adeptus est. non nisi ꝓ graui culpa cozaz episcopo canonica seueritate amittere debet. Item quia curati de iure diuino ꝛ cōmuni possūt opa hierarchica exercere/arguere/docere/ꝑdicare/ꝑficere/sacramēta ministrare. seq̄tur q̄ status curatozū non est factici⁹/vel aduenticius vel volūtarius. ¶Datz exquo �means ꝑdicta ē de ꝑmaria christi institutiōe/ꝛ ordinari⁹ status. ¶Alteri⁹ sequit/q̄ sicut papa non posset statū episcopoz ab ecclīa tollere /sic nec statū curatorū. ¶Patet quia in suis antecessorib⁹ imediate a christo missi sūt. sicut ꝛ epi in apostoloz missiōe ¶Ultimo infero sicut sūmus pōtifex nō posset statū curatozū abolere vel tollere. sic nec a parochianis omniū curatozū omnē debitā subiectionem tollere vel suspēdē. ita vt i nullo eis subiīcerent. ¶Probat quoniā �means dicta/curati a christo in suis successorib⁹ acceperūt autoritatē et potestatē actiuā. imo mandatū ꝛ ꝑceptū hierarchisandi subditos suos. ergo christ⁹ eodez actu vel mādato instituit/ordinauit/ꝛ ꝑcepit/ q̄ ipi subditi a curatis hierarchisarent ꝛ ad eos venirēt. Frustra eteni daret actiua potestas hierarchisandi nisi et passiua. Unde sic arguūt doctozes theologi. Christ⁹ dando apostolis potestatē absoluendi. Quozū remiseritis peccata ꝛc̄. illo eodem actu ꝛ mandato obligabat homies ad ꝓfessionem peccatozū/quoniā sine cōfessione nunq̄z absoluerēt. ꝛ frustra dedisset autoritatē absoluēdi. nisi in subditis cozrespōdēter instituisset obligationē ꝑceptiuā ad se submittēdū eis ꝓ beneficio absolutionis Ita in ꝓposito imaginanduz est. Item quia ipi curati iure naturali ꝛ diuino obligant curā ꝛ solicitudinē gerere/ ac rationez districtam reddere ꝺ ouib⁹ sibi cōmissis. igit ipi etiā parochiani eis obligant ꝛ subiīciunt /tenet ꝓsequētia/ quia obligatio debet esse mutua /nec claudicare debet. Itaq̄ necessariū est/si rex vel princeps teneat subditos tueri/regere/ꝓtegere ꝛ defendere/q̄ cozrespōdenter subditi eis debeant subiectionē/tributū /ꝛ vectigal/ ꝛ econtra si plebs vel popul⁹ debet ꝑncipi reuerētiā ꝛ tributa. Rex etiam debet eis ꝓtectionē ꝛ defensionē Nam et ipe sūmus pontifex ꝓpter magnitudinem obligatiōis vocat se seruū seruoz. Sic etiā optet q̄ oēs ei maxime obligent. Sic igit inter curatos ꝛ parochianos ē mutua naturalis ꝛ diuina obligatio/quaz generaliter papa nō potest ab omnib⁹ tollere. ¶Finit.

¶Tractatus per modum dialogi/ꝺ ꝓfectione cozdis a magistro Johanne de Gerson compositus. anno. M.ccc. xxiij. Theolog⁹ loquitur ad animā christianā.

O Jliges dominū deum tuum ex toto cozde. Cum hoc tibi precepti sit o anima christiana. tu ad impletionē eius. totum cozpus ra/ꝛ vigilanter intende. ¶Desidero agnoscere. totalitas cozdis in quo cōsistit: qnoniā tot varijs ꝛ adria motib⁹ continue spargit. ꝛ nunc hac nunc illac celeriter diuidit. q̄ vix aut nū q̄ totū i se collectum feratur in vnū. ꝑsertim spirituale ꝛ inuisibile quale deus est obiectū. ¶Totum sicut dicit Aristoteles. idem est qꝺ ꝓfectuz. Perfectum vero dicit illud cui nihil deest. Si autez hec ꝓfectio simpliciter ꝛ absolute consideret. solus deus ꝓfectus ꝛ totus est. qz solus est cui simpliciter nihil deest. in quo scz omne illud est/qꝺ melius est esse q̄ non esse. ¶Specta ita esse ne ꝺū fide sed philosophica ꝛ metaphisica demonstratione cōfiteoz. Verūtamē aliter loq̄ de totalitate vel ꝓfectione/cogūt hec ꝝba. Diliges dominū deū tuū ex toto cozde tuo ¶Recte sentis ꝛ dicis o anima. ꝓpterea totalitas aliqua vel ꝓfectio dicit in creaturis �means quid vl cōtracte. ꝺū videlicet alicui rei nihil deest eoruz q̄ sibi competere debent/iuxta hāc vel illam cōditionem sue speciei vl nature vel gratie supaddite. Sic enim dicit homo ꝓfectus in cozpoze/ꝺū nihil cozpozei deest qꝺ ad eius integritatez ꝛ cōpositionē ptineat /sed membris omnibus plene donatū est. ¶Nolo per mlta vageris Hic in ꝓposito. Quid sit coz totū vel ꝓfectum? Nō quidem perfectione nature sed moztis ꝛ gratie. Sic enim littere circūstātia iubet intelligi. ¶Triplex solet a magistris. ipa quā queris totalitas cozdis distigui. que sub quadaz latitudine vnita/totalitas dici potest diuersos �means magius ꝛ minus gradus habēs. Unde coz totū seu ꝓfectum dicit. qꝺ spūssanctus inhabitat ꝓ gratiam gratū faciētē. quoniā tali cozde sic se habēti nō stat vt aliqꝺ desit eoruz que sibi necessaria sunt ad salutē. Jam eni nō in gratia. sed in mortali culpa esset/si careret necessarijs ad salutem. ¶Diligūt igit deū ex toto cozde. et istuꝺ implent ꝑceptum pueri nouiter baptisati. Dormientes etiā adulti dū sunt in gratia. imo ꝛ vigilantes dum venialiter peccāt coz spargentes ꝓ varia creaturarū oblectamēta. salua tamen charitate. ¶Illi quos dicis /quēadmodum dicuntur deo placere per fidem sine qua impossibile ē placere deo dicuntur insuꝑ deo placere et credere. Ita et dici possunt deum ex toto cozde

diligere. quia et si non actualiter/tamen ꝛ habi-
tualiter cor habent iunctum deo. Ceterū diſten
ſio varia cordis ꝙ venialia /cum non auertant a
deo/non expellit cor extra latitudinē totalitatis
ſeu pfectionis de qua loquimur. Habet autē ſi-
cut ꝑmiſſim⁹ hec latitudo totalitatis gradus ali
quos/videlicet tres i genere/quorū gradus mo
do numeratus eſt infimus. Alius eſt ſupremus
in beatis. vbi cor fertur actualiter ꝛ aſſidue ſm
charitatis motionē in dei dilectionē ꝛ amorem.
ita ꝙ nihil eſt qđ retardat/aut rūpat aut iterpo-
let/aut impediat huiuſmodi cōtinuaz cordis in
deū latione. Tertiū ꝛ hunc medium nominam⁹
gradum/qui ſecum venialia actualiter amittit.
Nec ſoluz pficit in ipm cor ꝙ charitatis habitū
ſed frequenter ꝙ actum/ꝙtum humane vite hu
ius fragilitas agi ſinit. ꝙuis ad beatitudinis fi-
nem non attingat ꝛ Placet hec diſtinctio
Sed ex ipa cōſeſtim ſequi videt. omnē exiſten-
tem in gra habere ſtatū pfectionis ¶ Aua
re? ¶ Quia pfecte deum diligit ex toto cor
de ꝛ hoc actualiter ſepe vt adulti. vel ſolū habi
tualiter vt infantes baptiſati. ¶ Utiq; ſic
fateri neceſſe eſt. quoniā omnis talis eſt in ſtatu
ſalutis eterne/ꝛ religionis xp̄iane. qui ſtat⁹ me-
rito pfectus habēd⁹ eſt. ¶ Quid ſibi volūt
igit tot de ſtatuū varietate ꝛ pfectione conqui-
ſitiones? ſi ſtatus vnic⁹ chriſtiane religionis ſuf
ficiens ſit ſtatus pfectionis. ¶ Preſuppoſi
to ſemp ꝛ retento eo ꝛo qđ nunc intulimus. nec
aliquis ambigere debet xp̄ianus/ꝙ pfectio ſta-
tus humane vite conſiſtit in charitate. Multi cō
ſequēter conati ſūt tradere modos ꝛ media non
in q̄bus eſſentialiter cōſiſteret perfectio cordis.
Juxta Caſſianū coll. ꝑma. ſed p que media pec-
fectio talis tanq̄ finis attingeret cōmodi⁹ ꝛ au-
geretur/vel roboraret efficacius. quoniaz iuxta
p̄dicta pfectiōis hui⁹ latitudo /ſuſcipit in ſe ma
ius atq; minus. ¶ Supflua (ne dicam cu-
riosa) videt eſſe de ſtatuū pfectiōe talis locutio
Itaq; nūquid legiſlator xp̄s/qui deus ē/cui⁹ p-
fecta ſūt opa/pfectaz dedit legem. que ꝓtineret
media cōmodiſſima retinēdi ſtatum pfectionis
euāgelice ꝛ in magis ac magis pficiendi /ꝙ opa
nunc cōſilioz. nūc medijs iſtis. ꝛ nunc illis /pro
qualitate p̄ſonarū/temporū/ꝛ locorū /cum cete
ris circūſtantijs /que creberrime variant. ¶
Fuit tēpore Conſtantien. concilij q̄daz illic fra-
ter ordinis p̄dicatorū /aſſerens nullū eſſe poſſe i
ſtatu pfectionis/niſi tria vota cum pfeſſione ſo
lēni ſuſciperet. Examiati doctores theologi ob
iecerunt de chriſto q̄ nō iſta vouit. imo nec apo-
ſtoli omnes/nec diſcipuli /nec virgo maria. Nā
i eccleſia p̄mitiua quādo erat pfectio chriſtiana
quādo erant eis omia cōmunia/quando nullus
egens erat inter eos. Legit ꝙ vxores habuerūt
multi/ſicut exanania ꝛ vxore ſua colligitur ꝛ de
petro conſtat. Quid rurſus ꝙ hec aſſertio ſtatui
p̄latoruz qui dicunt ſeculares detrahit? q̄s tria
hec vota non feciſſe conſtat. ¶ Nōne p̄lati
oēs/imo ꝛ clerici vniuerſi in ſacris ordinibus
cōſtituti votū habent caſtitatis. non qualecū ꝙ
ſed ſolēne/quale dirimeret matrimoniū iam cō-
tractum. ¶ Nōn fateor q̄uis nōnulli taliū
vel neſciant vel non attendāt. Ideo ꝙ non exp̄ſ
ſerūt verbo illud votum/qđ facto p ipſam ordi
nis ſuſceptionē cōfirmauerūt. quēadmoduz no
uitius trāſacto anno iudicat pfeſſus. vtens ve-
ſtib⁹ pfeſſorū / nec reclamās verbo. ¶ Vt
video iam non poteſt ꝺ impfectione ſtatus iſte
culpari ex carentia voti caſtitatis. Sed quid de
altero duplici voto dicet? ¶ Colligitur in
ꝑmiſs cōtra dictum fratrē/ꝙ votum vnū poteſt
fieri/nō additis alijs ꝛ hoc in ſeculo. Colligit de
inceps/ꝙ ſacerdos ſecularis habet ſtatū pfecti
onis ſaltem in hac ꝓpetua ſubiectione voti caſti
tatis. Colligit tertio ꝙ ſi iuramēti vinculū. ſi p-
terea fides in baptiſmo ꝑmiſſa nō min⁹ obligāt
deo q̄ votum voluntariū. nihil ꝓhibet ſacerdo
tes hmōi canonicos collegiatos ꝛ reddituatos
ſtatum pfectionis obtinere ¶ Expecto de
claratione. ¶ Eiadem facilis eſt. Nōne q̄
libet talium debet obedientiaz ſupremo abbati
chriſto ꝛ eius vicario ſupremo cōſequenter infe
rioribus vſq; ad decanum ſuum. vel alterū ime
diate ſibi ꝓpoſitum/ quocūq; nomine dignitat
apellet. ſit vnus ſint plures in vnum ſicut capi
tulum. Ecce obedientiā ꝛ vt ſepe iuramento fir-
matam. Jurat omnis de nouo gremio vniuerſi
tatis ingrediens rectori ſuo. ¶ Siuiliter in
telligit tale iuramentuz/non de omnib⁹ vniuer-
ſaliter/ſed quātū ſe poteſtas ordinaria rectoris
extendit. ¶ Fatendū eſt plane ſic intelligi
Sed nec aliter iuramēta vel vota religioſorum
ſup obedientia plenaria reſpectu ſuorū ſuperio
rum debēt accipi/dum videlicet ſuperior iubēs
regule ſe cōformet. Alioquin in multis quilibet
voto conſtrictus regularis obſeruantie habere
poteſt et velle et nolle. Iſti latius/iſti ſtrictius.
Poteſt quoq; iubenti contra limites regulares
Abbati vel priori cur ita facis dici. ſed non paſ-
ſim aut leuiter ſine grandi cauſa. ¶ Video
quēadmodum cōcludere vis obedientiam in ſe
cularibus ꝓut in monachis inueniri. Sed quid
de voto paupertatis induces? cū ſeculares ſint
proprietarij. ſint ſub diſtinctis tectis. ſint in di-
ſtinctis menſis. ſint ementes et vendentes. dan
tes et mutuantes. ¶ Videtur iſtud nō ob-
ſtare perfectioni paupertatis. ſi fuerit apud ta-
les inſitum veraciter illud prophetic⁹. diuitie
ſi affluant nolite cor apponere/vt ſint talib⁹ vtē
tes/quaſi non vtētes. Qualis erat paulus/ qua
les apoſtoli quos fortaſſis dicit Aug⁹. ꝺo altiſ-
ſimam vouiſſe paupꝓtatem. ſimiliter de caſtitate

& obediētie votis. Ad̄ si taliter habere diuitias sit imp̄fectum. Dic mihi de tot abbatib⁹/ p̄riorib⁹ cēterisq; plurimis religionū p̄fessorib⁹ q̄d censebā: quos constat nec sub eodem tecto iacere. nec in eadem mensa comedere. sedere cum ceteris qui vendunt/emunt/dispensat/agūt demū in nullo q̄d appareat secularib⁹ reddituatis dissimile. Quādis potius inuenīt adhuc differentia. quoniā portio data secularib⁹ de cōmuni dotatione totius ecclie sue dum diuiditur id q̄d cōmune est p singulos/cedit in verū dominū cuiusliber. Non sic apud religionum p̄fessores/ quorū multis p̄mittitur vsus rerū plurimaruz/ vel p dispēsatione in alios/vel p sua sustētatione. dñio semper apud supiores remanente. Dicūt scio talia plures eorū/si vo magna ps aliter sua seruat/ipi p̄siderent. Neq; leuiter vel arroganter seculares dijudicēt/q̄ cum suo (qualem notant imp̄fectionis) dominio/ p̄nt vsū modestum ne dicamus modestiorē frugaliter exercere. Cōcludendū igitur ad vnū/ q̄ solus status religionis xp̄iane sub abbate xp̄o est stat⁹ perfectionis/sicut sol⁹ est charitatis & salutis ex quez neq; salus stat/neq; p̄fectio. Sūt tñ in sua latitudine p̄fectionis vie multe. q̄dam plus q̄dā min⁹ ad cōpendiū p̄pinquātes. Quid sibi blā diunt ergo religionū p̄fessores & institutores? Existimāt q̄ regule p eos date vel explicate/dum sub q̄dam p̄fessione & obligatiōe retinēt suos p̄fessores q̄s cōmuni vocabulo religiosos dicim⁹ ipi iam statū ingrediūt. non q̄dē p̄fectionis iam habite vel exercende/ sed adipiscende. Ecce iam diuertunt isti a vera significatione hui⁹ q̄d est p̄fectio xp̄iana. dum fatent homines in religionis statu positos esse non ad hmōi p̄fectiōis exercitiū / q̄d certe p̄missis repugnās est. Est eteni xp̄ianus ois in statu p̄fectionis exercende/dum sibi vacat p loco & tpe. imo & hoc etiā ex p̄missione seu voto p̄fessionis baptismalis. custodiendo obedientiā. castitatē. & paupertatem iuxta vocationē suā/& si nō semp in actuali exhibitiōe/tñ in animi p̄paratione & habituatione iuxta p te nūc deducta. Contēdere nō p̄uenit de noib⁹/ vbi de re p̄stiterit. Rursus omittēda est hmōi disceptatio sup p̄fectiōe statuū/qm̄ sapere videt pharisaicā glorificationez p qua cōpescēda scripsit ap̄s suā p̄fundissimā ad Ro. epl̄am. Cōcludens salutē nostrā esse ex gr̄a dei/ vt non gloriet ante eū stulta p̄sumptio ois carnis. Porro q̄ de stat⁹ sui p̄fectiōe gloriatur. Recogitet q̄ non in statu p̄fectionis esse/ sz p̄fecte viuere laudabile est. Pensēt qz quanto gradus altior/tāto casus grauior. Terreat illud Aug⁹. Aristotelico cōformе verbo. In heremo bene viuere sūma p̄fectio est. male autez viuere sūma dānatio. Et iterū/sicut inquit: nō facile inueni meliores/ q̄s qui p̄fecerūt in monasterio. sic nec eis q̄ defecerunt deteriores. Verū vero plures in talib⁹ vocatis p̄fectionis stat⁹ p̄ficiāt q̄s deficiant? nolo te curiosam esse in inuestigando nec temerariā in iudicādo. nec supbam in ?tendendo. nec garrulam in disputādo. qz iam i multorū moribus p̄hdolor & cōuersationib⁹ magis q̄s in codicib⁹ & disputationib⁹ veritas experit. q̄ cōcludit apte religiones huiusmodi facticias nequaq; dare p̄fectionē sed frequenter in cōtrarium eius q̄d intenderūt non fui/ sed abutentiū vicio/vel ex imp̄roportionatis suis moriz⁹ miseras seu viuendi regulis se fortassis altioriz⁹ miseriz⁹ biliter dilabunt. Fiat mihi ſm cōsilium tuū q̄nquidē in omni statu/p̄fectionis homines inuenire cōtingit/habentes obedientiā/castitatem/& pauptatē in animi p̄mptitudine/ſm quā in seculo dici possunt obedientes. & in matrimonio casti. & in maximis diuitijs paupes spiritu. Ac exinde p̄ducunt ex his medijs ad augmentū & p̄fectionem charitatis supra multos in religione in celibatu/ in mendicitate/ viuētes. Recte dicis/si tamē solicite tibi p̄cauer/ab erroribus Iouiniani & alioz similiū detrahentiū p̄fectioni consiliorz/qui confundere videbant ad vnā equalitatē seu paria merita coniugiū cū virginitate. esum carniū cum ieiunio. obedientiam regularē cum seculari libertate. diuitias cū paupertate/ vindicationē licitā iniurie p̄pie cuz indulgentia & mansuetudine: & ita de cōsimilib⁹. Absit vt ita desipiā/ vt obseruationi detrahā consiliorū. Quis eni nō obligent hominē ad obseruationē suam. qz iam non essent cōsilia sz p̄cepta. Nihilomin⁹ teneor assentire q̄ discreta cōsiliorū obseruatio/certis parib⁹ est p̄fectiora cōsiliorū obseruatio/certis parib⁹ est p̄fectior. Docte loq̄ris et q̄s tātūmodo p̄ceptor. Discrete de obseruatione cōsiliorū /dū iungis q̄ sit discreta. & addis ceteris parib⁹. Poteſt itaq; fieri/q̄ p̄bere alterā maxillā p̄cutienti. aut dare palliū tollenti tunicā/ & ita de cōsimilib⁹: sit vicinosum. dū p̄cutiens ant rapiens p impunitatē fit deterior/et in p̄niciem rei publicie dissimulatio talis vergit. Contingit itez/q̄ homo non obseruans cōsilia p votum/nec p actualem opis exhibitionē/habeat intensiorē & certiorē in corde p̄parationē eadez obseruandi ?silia dū impletionis faciēdi sibi necessitas vel vtilitas occurrerit. Quis non dixerit plus valere aurū q̄s plumbū? sed ceteris parib⁹ intellige. Nam multū plūbus maioris est p̄cij/pauciſſimo auro. Sic comparationes semp examina. quoniaz vix aliter ē quin cōpata habere se possint vt excedentia & excessa. Concedim⁹ itaq; esse. Sed nūq̄d p̄fectius est ista tria habere/obediētiā. castitatē. paupertatem sub voto sicut habēt religiones (quas Anshelm⁹ nominat facticias. qz facte videnť positiones legis euāgelice) vt ea que ?siliorus erant fierent sub p̄cepto/hō quoq; subderet se

perpetue seruituti ꝓpter illuꝫ cui ſuire regnare
eſt. et cuiꝰ regi frenis ſũma libertas eſt. et cuius
vincula ſũt alligatura ſalutaris. Ac pinde mu-
ter ſtatũ de q̃dam libertate ſeculi in ꝓpetuo ſub
voto iugũ. ¶ Habet hoc oĩs doctoꝝ ſnia/
q̃ opꝰ bonũ factũ cũ voto/circũſtantiaꝫ accipit
q̃ de ſe meliozat ipm Et q̃ religio q̃libet factícia
cõſiſtit eſſentialiter in hoc triplici voto q̃uis in
regulis ⁊ inſtitutionibꝰ alĳs varia ſit ⁊ lata dif
ferentia maxime inter veritatez finis ꝓmi ſub
deo ſine ꝓintento. Hoztiſ deniq̃ talis q̃libet re
ligio nomen ſtatus rõne iam ꝓtacta/imo ⁊ ſtatꝰ
pfectionis ſm modernos. antiq̃s ſilentibꝰ appel
laſ. ¶ Quo pacto põt iſtud nomẽ tã egre-
gium ⁊ nobile/plurimis q̃ ſunt in hmõi religio-
nibus pfeſſi q̃ucnire/q̃s eſſe nemo negat multũ
imperfectos vel ex ignozãtia. vel ex naturali et
mozali ipotẽtia. vel ex certa malicia ¶ Re
ſponſio iam ſicut ⁊ obiectio ꝓtacta ẽ. Ad ꝓ cu
tus elucidatione plenioꝛi diſtinguũt loquentes
de pfectione ſtatuũ/q̃ ſtatus eſt aliquis pfectio-
nis non vt habite ſed adipiſcẽde/qm̃ in ipm ⁊ p
ipm ſatagit ꝓfitens pfectionez acq̃rere/ non q̃li
cunq̃ modo. ſed ſpecialiter p tria vota cum an-
nexis regule et inſtitutis. Eſt inquiũt alius ſta-
tus pfectionis vt iã habite ⁊ exercende in alios
q̃lem dicũt eſſe ſtatũ ꝓlationis ad quem ſpectat
alios nedũ ſeipos/purgare/illumiare/pficere tã
q̃ hierarchicũ ſtatũ in eccl̃ia. ¶ Ecce iam
approbare videt hec diſtinctio illo q̃d cauſabat
de impꝛopꝛietate locutionis/dũ ſtatꝰ pfectionis
ille oꝛ. q̃ non ex ſe pfectos habet/ ſed pficiendos
videat logicus ſi ſequit. Iſte eſt ſtatꝰ pfectiõis
acq̃rende/ergo eſt ſtatꝰ pfectionis. Nunq̃d non
apti⁹ vocaſ ſchola/vel via/ vel diſciplina ad pfe
ctionem adipiſcẽdam q̃ ſtatus pfectionis abſo
lute. Quis diceret q̃ religioſus eſt in ſtatu gl̃ie
ꝓpetue eſt tamẽ in ſtatu talis gl̃ie. non quidem
¶ adepte ſed adipiſcende. ¶ Nolumꝰ vt põdi
ximus vbi de re ꝙſtiterit deſeruire ꝓtentioni de
noie. Propterea neq̃ reputamꝰ hic inſiſtenduz
ſi ſtatus curatoꝝ debeat dici ſtatꝰ / vel tãtũmo-
do gradus/vt cõcedaſ gradus pfectionis exer-
cende/⁊ non ſtatꝰ/ſm illos q̃ non dicunt eſſe ſta
tũ ſine voto/vel obligatione ꝓpetua ¶ Si
cõcedaſ hoc illis. Nõne ſunt curati ſuis eccl̃iis
ſemel ſuſceptis obligati/non cedere /non fugere
tanq̃ veri paſtozes/q̃eadmodũ ſuis ſunt aſtri
cti maiozes ꝓlati. ¶ Dicũt q̃ nõ/ ⁊ hoc ex
duplici ſigno. ꝓmo q᷑ poſſunt intrare religionez
abſq̃ ſpeciali diſpẽſatiõe pape. nõ ſic epi. Rur-
ſus q᷑ facultatẽ habẽt liberã reſignãdi vel ꝓmu
tãdi q̃lis nõ ꝙcedit epis. ¶ Diuerſitas ar-
guit ex hac duplici radice/q᷑ vbi maius ꝓiculũ
ibi cautius agendũ fuit. Eſſet aũt maius pericu
lum ſi fas eſſet epis paſſim eccl̃ias ſuas dimitte
re/q̃ d curatis. Nihilominus eſt ꝓpoꝛtionalis
obligatio iure diuino curato ad ſuam eccl̃iaꝫ /et
ꝓlatoꝝ maioꝝ ad ſuas cathedrales. ita ſcilicz q̃
neutris licitũ ẽ abſq̃ rationabili cauſa deſerere
ceptam eccl̃iam. Sic euidentioꝛ cauſa req̃ritur/
vbi maius vt dictũ eſt imineret periculũ. Hinc
de ꝓlatis papa retinuit ſibi cognitionẽ ſpecialẽ
non ita de curatis. ¶ Probabilis ẽ iſta re-
ſponſio. q̃ cõſequẽter infert curatos eſſe tam in
gradu q̃ in ſtatu pfectionis exercende Non ita
de religioſis q̃. vt tales. pſciſi ſũt. non ꝓſunt ce-
teris. nec ſũt ſacerdotes nec clerici / vnde mona-
chus oꝛ quaſi ſolus / ⁊ plãgens/ ſeu dolẽs. ¶
Quo pacto igit poteſt aliq̃s curatꝰ deſerto ſta-
tu pfectionis maioꝛis ad ſtatũ minoꝛis vltro de
ſcendere vt monachus fiat. ¶ Dicent aliq̃
q̃ hoc nõ poteſt niſi rõnalis cauſa ſubſit. cuius
cauſe cognitionẽ/papa reliquit eoꝝ ꝙſciẽtie Eſt
aũt rõnabilis cauſa/ſi curatꝰ videt eẽ ſe ſcãdalo-
ſum populo ſuo. ſi penitꝰ ineptũ/ inſufficientem
⁊ ignaꝝ ꝓ ſuſcepti regiminis officio / q̃ cauſe ſuf
ficientes ſunt etiã in epis. vt a papa vel ſponta-
nei vel inuiti tranſferant. ¶ Douet ex di
uerſo nõnullos iſta q̃ fit trãſlatio de monachis i
epos. Aduerſaꝫ inq̃t talis aſſũptio duplici vo-
to/obediẽtie ſcz ⁊ pauptatis. qm̃ et diuitias ha-
bent ſine pfectionis diminutiõe ꝓut ab eis ꝙce-
ditur. ⁊ a ſuis abbatibꝰ cum regularibꝰ diſciplĩ-
nis abſoluũt. ¶ Reſpondent iſti diuitias
ſe habere in epiſcopio. Nõ in ꝓpꝛietatẽ poſſeſſi
onis/ſed in officiũ diſpẽſationis. Dant exẽpluz
de matrimonio. q̃ daſ ꝓmo homini in officiuz
ꝓpagationis/non in remediũ libidinis / vt mo-
do datur aliquibꝰ hac ſola de cauſa. quos eẽ cõ
ſtat non idoneos ad plificandũ. Sic inquiũt di
uitie retinenť a q̃busdam vt ſecularibꝰ pro ſolo
ſui ſolatio/non in officiũ. Ecõuerſoreperiť in p̃
latis monachis/q̃ diuitias q̃bus ante renuncia-
uerũt non amplectunť in ꝓlatura ꝓ ſolatio ꝓꝓ-
pꝛie magis q̃ antea/ſed ad diſpenſationis obſe
quioſum in paupes officiuz. ¶ Deſuper ẽ
inſpector de⁹ qui nouit intẽtiones coꝛdis aliter
in plurib⁹ ſe habere q̃ dixit. Quib⁹ credite ¶
Loquimur h̃ non q̃les ſint ſed quales eſſe debe
ant monachi dũ ꝓlaturas aſſumunt. Qui ꝓtete
rea non abſoluũť ab obedientia ſed mutãt illaz
ſub ſũmo pontifice q̃tum ⁊ q̃liter pꝛiozem vitaz
viderit regularẽ non poſſe cum p̃lationis execu
tione ſeruari. ¶ Cõfirmant h̃ ea q̃ ſup ſecu
lariũ obediẽtia diſſeruiſti. Sz nũq̃d ſupeſſe dif
ficultas maioꝛ videť in mendicantibꝰ /q̃ iã vtiq̃
nequeũt vere dici mẽdicãtes/cũ ſupetat eis ius
plenũ diuinũ naturale ⁊ poſitiuũ /recipiẽdi tpa
lia a ſubditis: ita vt ipi iam nõ ſolo titulo natu-
ralis neceſſitatis accipiãt neceſſaria q̃ titulus ſo
lus ꝓꝓie reddit mendicantez /eſſe ſimul ⁊ dici.
Alioq̃n reges gentiũ ⁊ oĩs homo generaliter ac
cipiens aliq̃d ab altero q̃ dat ſponte. dici poſſit

mendicare. ¶ Dicerēt aliq̄ mēdicantes id circo remanere/qz titulo possessorio renūciāt/et solo quo ꝓtenti sunt titulo pauptatis aut naturalis necessitatis petunt gratis nec vrgent si negent/nec titulo iuris diuini vel naturalis impellunt. ꝛ hoc ꝑ causa sua: sed de paupibus curāt certāt/ꝛ disceptāt. ¶ Fateor ita vel dici vł fingi posse/ sed veritas nec illudit/nec cassatur. ¶ Sic volunt dici xp̄m fuisse mendicuz/non qm̄ eēt domin⁹ vniuersoruz/Quid enī verius sz abdicauit a se ꝛ si non dominiū tm̄ dominū vsuz Sic voluerūt aliqui nedū monachos/ nedū clericos/sed p̄latos omnes cū papa et cardinalib⁹ debere paupes esse/vel mendicos. exemplo xp̄i mgr̄i. Dicūt alij minus intpate loquentes q ec clesiastici seculares/ꝛ si non mendicēt/ viuūt saltem de elemosynis q̄si sz pure gratis collata susceperint/et nō vt oparij digni cibo suo/domio ꝑ se ꝛ alijs deseruientes.

Decūda pars pncipalis q̄ statim ostendit quid inq̄ritur.

OMittimus interim materiā hanc mēdicitatis/q̄ quot difficultates ꝛ ambages attulerit/p̄sertim i regula minoꝝ/qui ex ꝓpriationē assumūt in ꝓprio ꝛ in cōmuni/multitudo decretaliū extrauagantiū nunc ista q̄ nūc illa tum/maxime tpe Job. xxij. satis insinuat. Reuertaī ozo sermo noster ad initiuz/qđ erat inherere sup cozdis totalitate seu pfectione. vbi questio surgit scitu digna/sz si coz teneaī ꝑ sua perfectione fuanda/semp illud agere qđ reputauerit esse deo placentius/ meritiq̄ maioris. ¶ Resoluiī hec q̄stio tua sub generaliozib⁹ terminis. Si p̄positis alicui duob⁹ bonis incōpossibilib⁹/semp qđ melius est/illud eligere teneaī ¶ Placet resolutio/ psequere q̄d sit in ea veritatis? ¶ Fuerūt dicētes maius bonū dū ꝓponiī voluntati semper amplius mouere/nec posse voluntatē in electionē boni minoris tunc ferri. Alioq̄n data esset facultas libertatis i malum volūtatis ¶ Scis p articulū parisien. hoc esse dānatū/ꝛ tamen q̄d ad rationem taliuz respondeī. elucida qz ꝓpositis simul duob⁹ disparib⁹ in bonitate/semp minus bonū cōpatuz maiozi habet rōnez mali. Volūtas aūt nūq̄ ferri pōt in aparens malū/ fm dionysiū et Aristo. qz nemo ad malū aspiciens opaī. ¶ Fortiter opponis. sed vtrūq̄ dissoluiī. si ꝑfunde respiciatur: natura liberi arbitrij qđ est facultas rationis ꝛ volūtatis/sine liberū de rōne iudiciū Cetere nimirū creature nō rōnales ferunī in finem suum ex p̄determinatiōe supiozis cause regētis nec habēt in sua ptāte modos oppositos tendendi in suos fines. Sz vno modo quelibet species opatur. vt hyrūdo q̄libet facit niduz suum pari modo. sic apis fauos. sic aranea telas/sic formica colligit bladum. Atuero rōnalis creatura/qz ꝓcipit ꝑ insitam ꝛ ꝓiunctā rōnem/diuersos modos ad eundē finem veniēdi/nec ad vnū limitaī facultatē habet hoc vel illo medio vti. Hoc aūt non est in malū sed grāde ꝑtlegiuz voluntatis q̄uis illo cōtingat abuti. ¶ Nōne salubr⁹ esset humane creature q̄ instar animaliū ligaretur. ad vnū ꝓsecutionis finis sui modū. qz perit de nec peccaret/nec a suo fine deficeret. Nōne ꝑterea sic videm⁹ in sublimiozib⁹ creaturis/q ꝑfectiozes inter eas sunt/q̄ sub pauciozib⁹ motib⁹ finem suū cōsequūī/ sicut deus in se pfectissim⁹ est/q̄ nullo vel eget vel agitaī motu. Cur igitur nō erit sic in inferiozib⁹ creaturaq̄. ꝛ hoibus sicut in angelis. ¶ Volūtas optima sapientissima/ꝛ ordinatissima primi ꝓditoris/in hoib⁹ solerter attendenda est/quoꝝ duplex est status post primū innocētie depditum. vnus vite. alius patrie. verū illud erit in patria qđ arguis ō motuū quadā vnitate quēadmodū nūc exemplificas in angelis. Sed in via q̄ data est ad meredū voluit altissim⁹ hanc hoib⁹ dare facultatē/vt relinqueret eos in manu cōsilij sui Alioq̄n necessitas limitata/quā laudē/qđ meritū. qđ premium repoztaret? Huc accedit gr̄e donū paratū omnibus non renitētib⁹/qđ diuino quodam ꝛ vnico nec ꝓturbabili ductu/ pmouet ad vltimū finem nostrū. non min⁹ q̄ grauitas deoꝝ aut leuitas nus bonū respectu aliozū incōpossibilis/ habet rōnem mali. ¶ Gemini satis. sed nequit oia simul dici. Cōcedo in p̄mis. q volūtas non pōt fieri in malū sub rōne mali. cū bonuz vel apparens bonū sit ꝓpriū eius obiectū. Quinetiaz min⁹ bonū maiozi collatū incōpossibili/ pōt sub hac p̄cioſa collationis rōne rōnem habere mali et ita nec poterit vt sic acceptari. verūt̄n habeī hic duplex euasionis seu remedij via. Primam dicim⁹ facultatē suspensiuā/ q̄si mediaz in velle ꝛ nolle. fugam ꝛ ꝓsecutionē. acceptionē. ꝛ refutationē. Cui⁹ facultatis suspēsiue tanta ꝓtus ē in via/q ꝓpositis q̄buscūq̄ obiectis bonis aut malis citra vltimuz finē/imo fm plurimos ipso etiā vltimo fine ꝓposito/poterit se voluntas retinere in suspenso ne neutruz acceptet vel refutet. sed se figat cuz rōne q̄si plus deliberatura. Nec optet hic q̄rere quō pōt hic fieri/ qm̄ natura volūtatis sic a p̄mo cōditore data est sup agēria naturalia/ vt nō rapiaī seu cōpellaī mox irruere/ꝑ se sistere fas habeat/ac pinde spaciū deliberationis ne fallaī ita sibi ꝓcessū ē ¶ Nec est altera pro vitandis errozibus ꝛ victis ꝓsultioz exercitatio ꝓrudētie q̄dē nil obest ampli⁹ q̄ ꝑcipitatio/ne q̄ rōnem ꝓsulens/ neq̄ ꝓsulenti morā gerens ¶ Video iuxta viā hāc non optere vt duob⁹ bonis inequalib⁹ ꝓpositis ꝛ incompossibilibus

voluntass ne cessario velit maius bonuz. ¶ Non optet vt eligat/quia nec optet vt conferat ad inuicē illa duo bona/sed fertur vltro in obiectum suū qđ in se bonū est/ ⁊ vt tale ꝓsentat sibi Et si perges inḡrere cur deserit maius bonum? Respōdebo qm̄ sola volūtas est sibi frequēter sufficiens causa vel ratio q̄ istud eligit. ⁊ illō nō Nec exterioz alia ratio querenda est. Cur istud vocant aliqui expientiā ꝓprie libertatis vl̄ vsū eius. vt si querat a voluntate. cur ita facis? iure respōdeat illud satiricū inferēs. Sic volo sic iubeo sit pro rōne voluntas. Et itaq̄ nullū possumus in diuina volūtate respectu creaturaruz h̄ vel illo tēpoze vel gradu vel specie cur aliud inuenire. Sz nec apud grāmaticos in pluribꝰ impositionibꝰ termioz aliter dicūt /qm̄ sic placuit impositoi. Quis causaz inquisitio ꝓpinquaz non frustra sit ad cognitionez diuinoz̄ /nobis q̄ ꝑmam ⁊ sufficientem non sufficiēter possumꝰ intueri. q̄ plene cognita nihil inscitū linquet ¶ Transi nūc ad formā ꝓposite dubitatiōis. aperiendo non q̄d volūtas possit/sed q̄d agere tenetur. ¶ Tenebit aliq̄n minus bonuz ꝓpo nere vel acceptare dum est alteri maioi incompossibile/⁊ hoc dū minus bonū cadit sub precepto. ⁊ maius est in solo ꝓsilio. ¶ Fateoz h̄ Sed ponam? ambozū quodlibet cadere sub ꝑcepto non q̄dem simul/quoniā implicaret /cum ponant incōpossibilia/sed sub distinctione qua tenet iste vel vnū vel alterū de duobus accepta re. nunc̄d peccabit minus bonū eligēdo/ spreto maioi? ¶ Pendet respōsio maxime ex cōsideratione libertatis iam exposita/ fm quaz p̄t abbzeuiato ꝙdo dici/ q̄ sufficit eligere min? bonum. non equidē sub hac rōne qua ē minus bonum/sed q? bonū/ ⁊ q? sub distinctione. Iz nō absolute p̄ceptum ¶ Reddas ozo pspicuam hanc cōclusionem. que si non cōcedit nescio q̄s dominū viatoz̄ tutus erit/q̄n teneat illō semp agere/qđ melius esse pspexerit. Hoc vero si q̄s compleat aut implere valeat circūdatus tot infirmitatib?/nō satis inspicio. Rursus ex aduerso militat doctoz̄ magne reputationis assertio/ q̄ in p̄ficiendo regiminib? animarū tenetur ꝑlatus eligere meliozē. Similitat illud qđ nolle fieri pfectū/iam ꝓtemnere est. Nam regredi/ est iam languere circa precepta dei. iam non ex toto coz de. ex tota mente. et tota anima. ex omni foztitudine. ex viribꝰ omnibꝰ diligere deū. quoniā maiozibus omissis dat bō se minozibꝰ. ¶ Ꝓdo tēter ad vtrālibet arguis. Stat nihilomin? veritas i roboze suo/cuiꝰ ignozātia scrupulos affert inextricabiles ꝓsciētijs volētibꝰ ambulare i via dei/dū vel in spem temerariā vl̄ i timoze irrōbilē dilabūt ¶ Tuū erit igit palā facē veritatē hāc p̄cipue p manuductōes exēploz̄ mozales ⁊ grossas put exigit h̄ materia. ¶ Fiat

Constituam? mentis oculos in religionibus approbatis nec lapsis/vt Carthusienꝭ. ⁊ celestinorum (Hodie eni celebzitas agit ꝑ petri celestini) Sit prioz/habens sub se quattuoz fratres. petz paulū. andream. iacobū. Dicit eis conuocatis. Ecce quattuoz sūt officia p cōuictu religioso cōplenda. Primū est cōtinuatio diuini seruitij /vl̄ diuini operis in eccl̄ia. Scōm est ministratio cibozū ⁊ aliozꝝ necessariozū fratribꝰ. Tertiū ē scriptura libzoz̄ q̄bus fratres informent. Quartū speculatio diuinoz̄ exemplo marie. sicut necessariozū ministrationē habet martha. Ꝓono dicit prioz/electionē cuiuslibet istoz̄ vnicuiq̄ vestrum/ cuius voluntas mea vel consiliū magl declinaret iniungere tibi petro p̄mum officiū. tibi paulo scōm. tibi andree tertiū. tibi iacobo quartum. At vero magis/verbo xp̄i ad cecum. Sic q̄d vis vt faciam tibi? ¶ Recipio casum ⁊ q̄d elicere vis expecto. ¶ Volo sane protinus elicere/ q̄ vterq̄ p̄missoz̄/liber est accepta re vnū ō quattuoz. vbi ⁊ prioz vnum fieri per alterum melius iudicabit non cogendo/sed consulendo. ¶ Ꝓperge cōsequenter ¶ Ꝓpergo/dicēs q̄ iter opa quattuoz antepositā nō dubium q̄n vnum sit de se ⁊ in genere suo melioꝰ cū alterū. Nihilomin? dicit (arbitroz) nemo peccare petrum/si voluerit in illo qđ de scō loco vel tertio ꝓpositum est exerceri. ¶ Des aliud elucidationis exemplū. ¶ Sit homo multas a deo gratias habēs. vnam p̄dicationis popularis. Alterā lectionis doctozalis. Alteraz inquisitionis nouarū veritatū p̄ ꝓfutandis hereticis. vnam quoq̄ solitarie quietis ad vacandū sibi cōtemplandūq̄ celestia. Constat vtrālibet harū gratiarū talentū esse cōmissum a deo. Constat p̄terea non posse simul vtrūq̄ talentū hmōi posse ex equo distribui. Remaneat igit oportet optio possidenti/quā gratiā exequi ne vacua sit eligere/excepto dūtaxat vrgentis necessitatis articulo/quo casu vel simili iam non esset duoz̄ dissimiliū ⁊ incōpossibiliū electio libera / sed ad vnū limitatio certa. ¶ Respiciūt exempla prioza primū. Dic exemplū respiciens hominē ad seip̄m ¶ Querūt doctozes si debeat homo semp cōteri de peccatis Respōdent inter cetera multa. q̄ dolozosa cōtritio quādoq̄ possit obesse meliozibus exercitijs/quo casu possit obmitti cōtinuatio sua. Sic dicet de cōpassionibꝰ a primi calamitatibꝰ quoniā iubemur flere cuz flentibus. nihilomin? obmitti potest hec cōpassio vel recogitatio p bonis alijs. Diceret similiter sup innumeris alioq̄n nunq̄ esset finis /nūq̄ consiliū certū/nūq̄ exercitiū stabile circa quodcunq̄. nisi cōclusio teneretur cōformis ei que dicta est. Sufficere pōt homini deū querenti. deū toto coꝛde diligenti/si ea studuerit implere que sibi p̄cepta sunt. Juxta illud. Si vis ad vitaz

ingredi serua mandata. ¶ Quid est igitur q̄ sup instinctib⁹ tot ⁊ tanta scripta sunt/ vt seq̄tur homo meliora que inspirat ei deus. Nec lāgueat (vt iam ō Gregorio sumptū dicebaꝫ) circa p̄cepta. sed attendat que sit voluntas dei. nō tātū modo bona sed beneplacēs ⁊ perfecta. Sit deniq; spūalis discernens inter omnē diē. ¶ Meditatus sum plurima p āños plurimos super instinctibus hmōi/ si posset fundari stabilis regulatio cordis nostri. tandē non inuenio regulam certiorem ⁊ fideliorem q̄ dei legem. iuxta illud ps̄. Consiliū meum iustificationes tue/ in q̄bus scz deus semel locut⁹ est/ ⁊ idipm non repetit. Scribit autē pphēta terribilē de sequentib⁹ cor suum sententiā. Dimisit inq̄t eos ꝯm desideria cordis eorū. Ibūt in adinuētionib⁹ suis. Ui uit iste qui crebro cōmonit⁹ vt crederet amicoꝝ consilio. Respondebat se vtiq; velle. imo et debere illud facere. Nam q̄s est ad errandū pcliui or/ q̄ qui spreto aliorum cōsilio suo fisus fuerit? Subiūgebant. Fac igit hoc ⁊ illud quale cōsulimus. Subsistebat inq̄rens Si sub pena peccati mortalis cōsulerent illud agendū sibi. quo casu nollet obniti sed eniti cōplere. Si vo decenti am quandam tpi vel rebus accōmodā dūtaxat intēderent suadere/ dicebat hoc remanere in arbitrio suo. q̄ non tenemur semp ⁊ in omnib⁹ meliora cōplecti. ¶ Noui quē intelligi das silentio. vellem dares sui talis responsi rationem ¶ Est incōphēsibilis humane diuersitas cōplexionis vel cōditionis. nedū in plurib⁹ hominibus/ sed in vno eodēq; diuersis. non dico annis. nō mēsib⁹. nō hebdomadis. sed dieb⁹ horis ⁊ momentis. Notū est insup illud Aristo. q̄ delectatio in opatione tenet ⁊ auget illam. Et metrum vulgatum habet. Q̄d natura negat nemo feliciter audet. Et quoniā ꝓsuetudo ē altera natura. hinc suadeaꝫ vt quā quisq; nouit ⁊ in q̄ nutritus est exerceat artem/ ⁊ sit ptentus sorte sua. Cur non poterit cōscius homo cōditionis et inclinationis pprie/ p tpe vel consuetudine dare se tali q̄d operaꝫ delectabiliter exercitio/ ⁊ si videaꝫ humilius statu suo. Hoc tamen obseruato lugiter ⁊ p̄ceptiua domini voluntas fiat. aut eā dum aparuerit implere parat⁹ sit/ dicens ex sententia illud orationis dñice. Fiat volūtas tua. ¶ Remanet adhuc post omnia prior allegatio/ q̄ nolle fieri pfectum peccatū est. q̄ iam non ex toto corde diligiꝫ deus. ¶ Imo dicunt tales q̄ hoc est fieri pfectum/ ⁊ ex toto corde diligere deū/ dum cauent in p̄mis offendere crimialiter eum. dum pterea suscipiūt cum grāz actione gratiā bonitatis sue/ que noluit eos obligare vt semp illud agere tenerent q̄d esset in se meli⁹ sed acceptat de paupcula nostra mun⁹ obsequiū qualiscunq;. Neq; postremo sic languēt circa p̄cepta que sibi suscipiūt implēda/ q̄n ista strēnue vigilanter. integre ⁊ quasi superogāter studeāt exercere. Sintq; in isto statu patientes atq; longanimes/ non vt Cayn vagi post alienī stat⁹ oblectationes. nō pfugi a facie tribulationū/ quas suus secuz status affert. sciētes nullū prorsus cē viatoris statū quem nō circūstent aduersitates plurime. Propterea nō querit ob aduersitates sui status mox in aliū vel aliū fieri transituz. sed perstat patientia vincēs eas/ cum illa securitate cōscientie/ qua iudicat esse statum suum cum salute. Alioq̄n fateor vel mutādus esset/ vel coerigendus/ vel deserendus. Nos autez loquimur aduersus eos q̄ volunt in omnib⁹ scire quid melius est. quasi nō satis sit in christiano/ si se sciat in statu salutis esse. Neq; tamen ad sublimiora quādoq; phibemus pgredi. Sed neq; ad hoc semp teneri sentiamus/ neq; semp expedire prō nūciam⁹. ppter instabilitatis detrimentū Quo fit vt minora tenere fortiter. sepe sit cōsultius q̄ assidua vacillatiōe ad p̄rupta niti. Nos supposita doceant exempla. Petrus eligēs insequi seruitiū ecclesiasticū. cōtinuabit illō. nihil aliud attendens q̄d socijs nouerit impositum. Paul⁹ ita ministrabit tēporalia. vt nō necesse habeāt conqueri spūalib⁹ intendētes. Andreas industria fideli scribet libros alijs pfuturos. Jacob⁹ itaq; se dabit deuotioni. ita studebit in celis cōuersari q̄ alijs in occupatione positis. grām. auxilium ⁊ gloriaz valeat pmereri. Recte sicut i vno corpore vero/ laudaꝫ membrū si rite fecerit officium deputatum. q̄uis appareat altero vilius. Uituperaꝫ autem/ si p̄postere velit alienum hz honorabili⁹ officiū accipere. Sicin corpore mystico diuisiones gratiaz esse cōmemorauit plures apostol⁹. Potest ille p̄dicare. sit ita. potest etiam libere cōtemplari Potest in homīe manere dicet man⁹ debere passim/ ambulatiōi se tradere. ¶ Sentio cōmonita multaq; prōfunde recogitas q̄ centralis finalis punctalisq; reductio in via dei est p̄ ceteris omnib⁹/ veraciter agnoscere quid iubeat deus. Sit ille sūmus abbas noster. sit noster pastor. nos oues simplices pascue eius. Alioq̄n q̄tumcūq; sit zelus ardens ⁊ feruidus: ille tanq; scientia carēs p̄ceps est ad ruinam. ¶ Propterea beatus vir q̄ in lege domini meditaꝫ die ac nocte/ vt sciat q̄d iubendo phibendoq;. velit deus. Nam p consilium ligatur nemo. q̄uis raro fiat vt homines p̄cepta strēnue compleāt. q̄n quodāmodo superogit deum exempli gratia sub quattuor gradib⁹ posset implere p̄ceptum sub vno gradu vel duobus. facit igitur amplius q̄ necesse fuerit ad salutem. q̄d superogatio consilij nominari potest. Adde multos esse q̄ pfectiorib⁹ operib⁹ intēdētes. minus incōpabiliter acq̄rerent ō pfectione

dilectionis dei/q̄ in sua ꝓpria vel electione vel vocatione ꝑmanentes in imꝑfectionibus. Fuit apud athenas q̄dam magnus ciuis cui quasi ꝑ cōtumelia cōmissa est emundatio platearū ciuitatis. Suscipio libens inquit ⁊ talem operaz da bo vt ipa ciuitas munda sit. Quo sic impleto cō tigit vt officiū ꝓtius vilissimū glosiosum putare tur. Dixit vnus de ꝓtudentib⁹ nostre etatis dū fieret collatio sup officijs vel artib⁹ vel scientijs Quisquis in sua arte sic exhibet se vt excellat in ea/ille laudandus/ille suscipiēdus/ille eligēdus

J ¶ Supest adhuc scrupul⁹ vehemēs/ortū ha bens ex ꝓdictis que videnť asserere nullū eē cō silium vel q̄rendū vel dandū nisi de ꝑcepti. Ad dicere q̄d aliud est q̄ consiliozū ꝓrogatiuam pe nitus annullare. dimisso quolibet homie in latitudine ꝑceptoz ¶ Si data eēt cuilibet homini tanta cognitio diuinozū ꝑceptozū. tāta ad illozū cōpletionem dilectio quāta requiriť ⁊ suficit ad finem beatitudinis acq̄rendum. non eēt opus ampliozi ꝯsilio. hec sententia eēt satis cui libet hoc fac ⁊ viues. Verū longe aliter ē. Hinc religiones ꝓticulares sub xp̄i religiōe generali ⁊ de se sufficienti supaddite multiplicateq̄ sunt Hinc quotidie noua vel incipientiuz in via dei/ vel in ea ꝓficientiū ꝯsilia. Hinc porro tam multiplex apud plurimos cōquisitio partim verax partim fallax ⁊ sepius mendax. sup distributione taleti cōmissi quale sibi q̄sq̄ suadet leuibus ex causis eē datum. Sit illud talentū scientia cōquisita. Sit eloquētia i rebus humanis. sit animarū regendarū ars. sit zelus earuz. hinc appetitus ille nō dicam ab initio ꝓlaturarū/magisteri orū/officioz/ꝓdicatozū ad populū/que omia re uelaret vtinā caro ⁊ sanguis. Veniq̄ religionū ingressus ⁊ ꝓfessio miscet aliquādo secū puluerem si non lutū densum sustentationis habende carnaliter ociose ⁊ laute nec spūs in manib⁹ ꝑla ti ponitur aut recipiť/sed caro. ¶ Negare nequeo/sicut ⁊ nō dolere non valeo miseriā nostrā hanc cōmunē/que vt frequēter incedit non recto nec imaculato calle. Sed nōne verum est apli dictū. Qui eꝑatuz desiderat. bonū op⁹ desiderat. Nō dictū cōprehēdit in se ꝓmatuz quoriā diu multūq̄ nobis alias ventilatā Ez hoc rūlibet alioz regiminū. ¶ Trahis ad maꝓplica verba. Si potes liber fieri magis vtere vnū referre placet ad ꝑsens/ veluti cōcluserim Scis quoniā omis ꝑlatio seu dominatio verissime seruitus ē. Nec frustra nec ficte nec mendose dicit se sūmus pontifex seruū seruoz/tāq̄ bauenit⁹ de omnib⁹ rationez. Si cōsideret igiť vehemēter ⁊ acriter homo nihil de se possit humana industria ꝓ salute ꝓ correctione/ꝑ eruditione hominū. Ita vt vbi plus aliquādo ꝓficere crediderit/ibidē non ꝓdesse sed obesse frequē

ter repiat. quia puersi difficile corrigunť ⁊ stultozū infinitus est numer⁹. Quirabiť ꝓfecto stoliditatē humane ꝑsumptionis non expectantis vt vocēť. nec vocari satis eēt nisi simul cogereť Quo pacto cogereť? Per autoritatē ⁊ legem vl dei reuelātis. vel ꝑlati mittētis. vel vrgentis vl ineuitabilis necessitatis ¶ Ez allegabis Grego riū in omelia. Nemo est qui veraciter dicē possit. Talentū minime accepi. nō est vnde rationē ponere cogar. O deus equissime quot hominū temerarios ausus hec ꝯsideratio minus intellecta fefellit? Quot insultatiōes inanes/⁊ noxias ꝓximozū reꝑhensiones induxit? ¶ Testis est ⁊ valdensiū secta cū suis cōplicib⁹ inumeris. Ad uersus quos oportuit decretales cōdere/ ne q̄s autoritate ꝓpria ꝑsumeret ꝑdicare. Nō ad ceteros actus hierachicos extendiť imo nec fraterna correctio fieri secure potest nisi multo discretionis sale condita sit. ¶ Qua rōne poterit ergo diuinū ꝑceptum compleri dilige ꝓximum tuū sicut teipm. Cui cōsonat illud sapiēt. Qđ dauit deus vnicuiq̄ de ꝓximo suo. Veniq̄ de elemosyna non tam corꝑaliter q̄ spūaliter largienda Et quia maledicit qui frumentū abscōdit in populis. Naz sapiētia abscondita ⁊ thesaur⁹ inuisus/que vtilitas in vtrisq̄? Et Puus piger nō quia dissipauit: sed q⁹ i sudario (qđ mūdum est) pecuniā seruauit domini. seueriſſime dānatus est. ¶ Qđonet ista dum allegant. Habendū est idcirco sup talibus cōsiliū vt scire valeat homo quid agendū? Agendū intelligo non ꝓ solam erogationem cōsilij/sed necessitate ꝑcepti Cōsurgit autē ꝑceptum altero triū modorum quos tetigimus vel a deo reuelāte. Vel ꝑlato legitime iubēte. Vel vrgēte necessitate. Ad dimus quartū Si facta ē obligatio vltronea voluntate. Que vero sit necessitas vrgēs determinari nō potest nisi ꝑut sapiens iudicabit. Cuius collatio de obligatione ad elemosynaz corꝑoralem satis aꝓximat ad inueniēdū obligationē elemosyne spūalis. ¶ Tu qui times de absconsione talenti/qui dum tibi vacas dicis vt q̄d perditio hec? Exerce potissimū tui cordis talentuz fac omnib⁹ de illo seruitiū. Sit in eo peregrinatio tua. sit ꝑdicatio. sit cōmonitio. sit elemosyne distributio. sit illud hospitale miserozū omniuz Quo pacto dices? orādo ꝓ qualibet et in qualibet aduersitate ꝓximozū ꝓ sua eruditione. castigatione. ꝯsolatione. patientia. cibo. potu. veste sanitate. Sciet pater omniū de⁹/⁊ volet desiderium pauperis exaudire. ⁊ ꝑparationem eoruz audiet auris sua. ¶ Qtum potest colligere attentio mea de ꝑmissis omnib⁹ circa ꝑfectionem cordis in dei dilectiōe conquisitis ¶ Ꝓximum ⁊ ꝑncipium est semp oculū cordis habere ꝑut sapiens iussit ad illa que ꝓcepit deus. Cetera vero omia tanq̄ iuuantia q̄dam accessoria

reputare/nisi pro quãto fuerint vel voto ꝓprio vel superioris iniuncta p̃cepto. Non ita tamen vt accipiamus quasi velamen malicie libertatẽ in diuinorum latitudine p̃ceptorum/sed bona ⁊ equa fide studeamus seruire deo in sanctitate ⁊ iusticia coram ip̃o omnibus diebus nostris/nec ita periculuꝫ amem⁹ vt pereamus in illo. T

Recte collig⁹. vere sentis. hec fac vt diligere deum ex toto corde perfectoq̃ cognoscaris.

Finit.

Tractatul⁹ doctoris

consolatorij venerabilis magistri Johannis de Gerson Cancellarij parisiensis de meditatione

Prima consideratio

2 Quid sit meditatio/⁊ de triplici oculo.

Meditatio cordis mei in ꝯspectu tuo semper. Felix certe qui cum propheta potest ex sententia dicere verbũ istud. Sed videam⁹ p̃mo quid sit meditatio cordis. non ꝓ carnali/ sed spirituali corde. Est autem meditatio vehemens cordis applicatio ad quid inuestigandũ et inueniendum fructuose. Et hec applicatio fortis habet difficultatem/que quãdoq̃ ẽ maior/quãdoq̃ minor. Qđ vt intelligamus p̃supponamus ex creditis. ⁊ ab experientia/cor nostrum conditum esse. ⁊ habere tres species oculorũ. Oculos scilicet mẽtales rationales. et sensuales. Et ex illis est vtrobiq̃ vnus oculus in cognitione/⁊ alius in affectione Fundatur hec distinctio in quadã alia distinctione qua distinguim⁹ hominẽ habere portionez seu faciem rationis duplicem. Quarũ superior vertitur ad leges eternas/altera ad temporales neutra tamẽ in actu suo depẽdet ab organo corporeo. Sub istis est ratio demersa corpori q̃ sensualitas appellatur. Primus horum oculoꝝ vocatur ab aliquibus oculus mentis. Alter ocul⁹ rationis. Tertius oculus corporis.

Consideratio. II

Iste triplex ocul⁹ ꝑ peccatũ conturbatus est.

Fuit ab initio bene cõdite rationalis creature talis ordo/ordinisq̃ tranq̃llitas. ꝙ ad nutum ⁊ merum imperiuꝫ sensualitas rationi inferiori/⁊ inferior ratio superiori seruiebat. Et erat ab inferioribus ad supiora ꝓnus ⁊ facilis assensus / faciẽte hoc leuitate originalis iusticie /subuehentis sursum corda. quẽadmodũ naturaliter ignis sua leuitate fertur sursũ. Atuero postq̃ aduersus dominũ supremũ ingrata ꝓditio demeruit auferri hanc iusticiã originalez. subintrauit põdus grauissimũ cõcomitans peccatũ. qđ miserã ⁊ captiuam animã trahere nõ cessat ad infima/tãq̃ circũligata sit funib⁹. catenis et cõpedibus vincta ⁊ in mendicitate ⁊ ferro. Sicq̃ modo mirabili. imo confusione miserabili est facta ordinis prioris ꝯuersio. imo peruersio. ꝙ in homine sic merso tenebris ⁊ carcere ceco. cõturbatus est in ira oculus vtriusq̃ triplex/per infectiõem in sensualitate. per obnubulationẽ in inferiori rationis portione. et per quãdam excecationem in rationis portione superiori.

Consideratio III

Meditandi difficultas prouenit ex pena peccati principaliter.

Habemus ecce primariã causam difficultatis/quã in meditatione sentim⁹/quã i habẽdis semꝑ ad dominũ oculis experimur. facit hoc penalis grauedo deorsum iugiter impellens. quẽadmoduꝫ videre est sensibiliter in aqueductu. qui tota facilitate defluit in ima/ continet autem cum sursum leuat. non tamen cum violentia. Non aliter est de humano corde/qđ ad infima ꝓnum leuiter effluit. hacq̃ ⁊ illac veluti sine retinaculo vel labore descendit. Quoniã facilis est/vt ait poeta/ descensus auerni Sꝫ reuocare gradũ superasq̃ euadere ad auras. hoc opus. hoc labor est.

Consideratio. IIII

Meditatio non solum fit in cognitiua sed etiaꝫ in affectiua.

Perscrutemur cõsequenter ex p̃dictis naturam seu ꝓprietatem meditationis/quoniam ex hocip̃o q̃ necessaria nobis ad deum tendentibus existat videbimus Diximus autem ⁊ repetim⁹ ꝙ meditatio est fortis ⁊ vehemens applicatio vel attentio animi ad aliq̃d inuestiganduꝫ ⁊ inueniendum fructuose. Addimus fructuose ne meditatio vergat aut in supstitionem/aut in curiositatem. vel i melancolicam stoliditatez. Dicamus ergo cõplectentes ꝙ meditatio ẽ vehemens ⁊ salubris animi applicatio ad aliquid inuestigandũ/ vel expimentaliter cognoscendũ. Ponamus hoc vltimum propter naturam ip̃ius affectionis que diuersa sortitur nomĩa/ ꝓportionabiliter ad conditionẽ cognitionis. Non enĩ potest aliter affectio cognosci q̃ expimentaliter. per eum qui per eam afficitur. Quã expimentalis affectionis cognitionẽ/ non potest eam habẽs in aliuꝫ verbis q̃buslibet fundere/nisi similiter affectus sit ille alter. Quoniam solus nouit sicut in Apoc. scribit qui accipit. Propterea vocat mãna absconditum. Exemplum est ꝑspicuũ in illo qui nouit dulcedinẽ mellis solum per doctrinaꝫ/ sicut medicus san⁹ noscit infirmantis dolorẽ. Hec autem dulcedo a gustante. ⁊ hic dolor ab egrotãte/longe aliter cognoscuntur.

Consideratio V

Meditanti necessaria ẽ longanimitas. vt ignis deuotionis ardeat.

Perpendimus ex his q̄ profunde senserit pphet̄a naturaz meditationis dū ait. In meditatione mea exardescet ignis. Utrū q̄ enī amplex⁹ ē/ et lumē in intellectū ⁊ ardoꝛē in affectu. Quum vero sit difficile. q ignis deuotionis spūalis exardescat flatu meditationis. fiet notū desiderantib⁹ ignē materialē dum ārit̄ a lignis aquosis viridib⁹ aut luto resp̄sis elici. Suffla q̄tū potes. iterū atq; iterū mīto conatu resuffla. emergit plurim⁹ ab initio fumus ꝙturbans oculos/ vix emicabit scintilla que mox euanescit. Disperges forsitan trag⁹ cōgesta p̄us ligna/ si nō in longanimitate p stiteris/ quā lōganimitatē appellam⁹ ꝺ meditationem/ aut meditationi ꝓiūgendā.

Consideratio. VI

Difficile valde est dare regulam certam de modo meditandi.

Meminimus aliquas nos scripsisse doctrinas vel industrias nedū latino ſz et gallico sermone/ sup habēda meditatione tali. ſz fortassis vſi simus alijs terminis vtpote i tractatulo de mystica theologia/ pte ea q̄ptim huius docet/ ⁊ in altero de monte cōtemplationis edito/ alteroq; rursum de mendicitate spūali composito. Deniq; tanta repitur difficultas tanta p diuersitate hominū varietas in practicando doctrinam vere sancteq; meditationis/ q an sīlere vel aliquid scribere consultius sit videoꝛ egomet mihi quādoq; ſꝺ dubio. hinc inde mente fluctuare.

Consideratio. VII

Meditatio est vtilis ad cōtemplationē ⁊ piculosa ꝑpter indiscretionem.

Dum enī recogito q absq; meditatōis exercitio nullus secluso miraculo dei speciali ad pfectionem ꝓtemplatiōis dirigit̄ aut puenit/ nullus ad rectissimaz christi ane religiōis normā attingit/ imo vix se cōponit audeo zelans sancte meditationis studiuz suadere. Attuero dum totiēs exptus pericula sedulus recogito difficultatem ⁊ arduā raritatē perueniēdi quo trahere meditatio nitit/ ego quasi torpens ⁊ stupsdus efficioꝛ ꝙz q̄sierit quis quo pacto sic eueniat? Nō nimiꝝ frequēter exptum est videlicet vt cōtingat studiū meditatiōis certi dilabiq; vel in morbū melancolice passionis ꝑpter imoderationez/ vel ꝓpter superbiā dari in reprobum sensū diabolice illusionis ex meditationis abusu id fieri sciat.

Consideratio. VIII

Abusus meditationis comparatur abusui vini respectu febricitantium.

Deuducam⁹ id q̄ dicim⁹. Scimus vinū in iocūditatē ⁊ hominis salutez cōditum esse. Sic enī scriptura/ sic ratio loquit̄ Videm⁹ tamē ex abusu potantiū p̄sertim dum febrium discrasia laborant/ q potus vini aks salubris/ causat vel egritudinē ampliozem/ vl mania vel furoꝛē ⁊ quādoq; mortem. nos autē filios adam q̄s egrotos. q̄s febricitātes esse pessimis anime febribus negauerit? Quib⁹ vertunt̄ in nauseam ⁊ amaritudinē diuinoꝛum eloquioꝛū verba. q̄bus in fel cōuertitur suauissim⁹ diuini verbi panis. Heu miseros nos. heu q̄ ex intima cōsideratione talis miserie conclamauit apostolus Infelix ego homo quis me liberabit de coꝛpoꝛe mortis huius. Et subiungit Gratia dei per iesum christum.

Consideratio. IX

In meditatione assit discretio quā parat experti ⁊ boni viri consultatio.

Quid agamus ergo? q̄d dicimus? Ibimus ne p̄cipites per abrupta viciꝝ Ibim⁹ ne per desideria cordis nostri ⁊ in adinuentionib⁹ pessimis desperati/ sine freno sine lege sine ordine? Nūquid sufficient nobis cogitationes inutiles/ vage instabiles/ sordide/ fluxu somnioq; similime que nō cōsolationem vel edificationē allature sunt/ sed desolationē mestissimā et ruinam oblectantib⁹ se i eisdem. Respodebim⁹ nequaq̄ ita fieri debere/ sed assit discretio moderatrix in oīb⁹. quā nō securius habere post diuinā gratiā poterim⁹/ q̄z per sedulū ⁊ securuz alterius exptī noscq; diligētis ⁊ agnoscentis cōsiliuz. Clamat Aristo. voce experientie/ dicens q ars ⁊ virtus sunt circa difficilia/ vt ars pingendi. ars scribendi. ars citharizandi. virtus castitatis. virt⁹ fortitudinis. virtus sobrietatis. Hoc vero sic intelligendū est q ab initio virtus ⁊ ars multas in acquisitiōe sua patiunt̄ difficultates. dum vero fuerint acquisite facilia sunt eis omnia. Pingit faciliter pictoꝛ exercitat⁹ in arte. Sic de scp̄toꝛe ⁊ citharista videmus/ ita vt dicere cogeret idez Aristo. q ars pfecta non deliberat/ tam sibi facilis est act⁹ su⁹.

Consideratio X

Comparatio meditantis ad scribentem ⁊ē. studiose vel inaduertenter.

Dicimur ista compatione dum de meditatione loquimur. Attēdamus q in trahēdo p̄sertim lineas picture vl scripture. difficultas nlla ē. sicut nec etiam discursiōis digitoꝛum per citharē coꝛdas Inuenimus similiter in cogitatione/ non enī difficulter vl laborioſe nunc hoc. nunc illud ꝓout occurrerit cogitatur. Sed q̄ nullus inde resultet fructus vides in sic pingente. sic scribēte. sic citharisante. Ita neq; prorsus in sic cogitante: imo cum se talibus vagis cogitationib⁹ oblectauerit vt dicit Bene. tristis remanebit. poꝛro laborioſe studioſe ⁊ attentissime cuz mira tarditate pingendo. scribendo. ⁊ citharisando. fit quādoq; vt bene ⁊ celeriter ista fiant.

Consideratio. XI

Ex vaga cogitatione non surgit meditatio. sed de meditatione bene fit contemplatio.

Quorsum ista? Nimirū vt ostēdamus quemadmodū de cogitatione nullus vnq̄ pficiet aut emerget in meditationem/quāto minus in ꝓtemplatiōez Ex meditatione vero que sūmaz habet difficultatem. si bona fide. simplici corde. ⁊ discreta diligentia excecatur. pueniemus ad hanc perfectionem q̄ absq̄ vlla difficultate fiet apud nos fructuose/qō sūmo meditatiōis studio cōq̄rere voluimus. Ita deniq̄ transibit meditatio in ꝓtemplationem. nō eni differt meditatio a ꝓtemplatione/nisi penes facile ⁊ difficile. quoniaz vtrobiq̄ est fructus/aliter q̄ in cogitatione.

Consideratio. XII

Contemplatio tam quo ad affectum q̄ quo ad intellectum describitur.

Describit autez cōtemplatio q̄ ē liber ⁊ expeditus mētis intuiꝰ in res pspiciendas vsq̄quaq̄ diffusus. Et hoc quo ad cōtemplationē que respicit intellectū. Rozro quo ad ꝓtemplationē que consistit in affectu ⁊ in praxi describit eam Hug. q̄ ē p subleuate mētis iubilū. mozs q̄dam carnaliuz desideriozū. hoc est gustare q̄ suauis ē dominꝰ Quem gustum sequit longe alia cognitio q̄ fuerit intellectualis solum viso/seu quedam auditio per fidem aut scripturam.

Consideratio. XIII

Meditatio in principio difficilis/per exercitiū fit facilis.

Meditabit ecce aliquis gemēs ⁊ suspirans vt columba. dicetq̄ cum ppha Meditatus sū nocte cum corde meo excitabar ⁊ scopebā spiritū meū. Faciet hoc anxie difficulter ⁊ laboriose. nūc recogitādo ānos suos in amaritudine aie sue. nūc iudicia dei que sunt abyssus multa in celo sursum. ⁊ in terra deorsum. ⁊ ita de reliq̄s circa q̄ vsatur meditantis intentio vehemens/ vt ea q̄ meditat vel cogitat limpidiꝰ ac firmiꝰ velut in affectuz trahat. efficiet tandez. vt hec oia tanta facilitate recogitet ⁊ sapiat q̄ facilis est ipa cogitatio. Docēt nos exempla p̄dicta si dubitamus. Nō eni plꝰ laboris habet scriptor/pictor/ ⁊ citharista bene agendo qō optime didicerit: q̄ vagꝰ et vanꝰ aliquis ab initio. discurrēs sine arte et ordine p lineas scripture vel picture. aut per citharе cordas.

Consideratio XIIII

Meditans/q̄tūcunq̄ exptus laborem necesse est vt semper sentiat.

Hodendū est ad p̄missa nihilominꝰ q̄ vix aliquis est in arte sua ita peritus. quin assidue ad aliqua vel cognoscēda posset pficere. q̄lia necesse ē. vt cū labore nouo audiat ⁊ practicet. Multo magis hoc verum est in ipsa de qua loquimur meditatione que nouos veritatis aut deuotionis iugis ter parere fetꝰ studet. Sed non deest parturitionis dolor ꝓpter illud maledictuz spūaliter intellectum. In dolore paries filios Non tamen meminit pressure ꝓpter gaudiuz. quia natus est in mundum.

Consideratio XV

Nondum purgati habent loco meditatiōis gratiarum temptationes. quibꝰ timor dei est necessarius.

Venit autē ab initio frequentius vt dum aliquis nōdum purgatꝰ vicijs satagit meditari vt colūba/meditabit tur quasi vetus simia dolos et odia. meditabit vt canis rodēs (iuxta verbuz satirici) rabiosa si lētia. meditabit q̄ quasi sordida sus fediſſimas corde voluens ⁊ reuoluens carnaliū turpitudinum cogitationes. Quid porro de blasphemie spiritu q̄ abominabilis. q̄ horrēdus. nōnunq̄ insurgit certās meditantem loquēdo aduersus deum ⁊ sanctos eius. ingentia tam execrāda q̄ nec ea fari licitum sit. Hincq̄ adijciunt ⁊ iniciuntur pene vsq̄ ad cordis intima/infidelitatis iaculа. Spei nullus manet locus oīa fūt grauia Etiam tedio est ipa vita. Baratrū desperatiōis vndiq̄ patet. Unde ꝓpt hoc ⁊ talia manifestat experimentuz q̄ rectissime sapiens consuluerit cum dicebat. Fili accedens ad seruitatem dei para animā tuaz ad temptationē. Subiungens pfidium securissimū. Sta in timore Beatus eni vir qui semper est pauidus.

Consideratio. XVI

Nouus meditans debere credere suo directori p ⁊ de visibilibus ad inuisibilia conari.

Pauidus vero semper quomodo beatus? quereret aliquis. dū timor addit tur timori scrupulus scrupulis/pusillanimitas pusillanimitati. presertim dum non adest assidue consiliator/dux/ ⁊ pmonstrator itineris arti ⁊ recti? Si vero talis qui rus est habens artem pariter et pietatem fuerit forte inuentus/cum ocio nouuz meditantem instruendi q̄tumcunq̄ licuerit. Felix quidez erit ipe nouus tyro. si tamen ptinus absq̄ vlla trepidatione paratus est credere consilio. Sed o quotiens bone ihu quotiens hesitabit ⁊ idem repetet iterum/iterū q̄ quasi falli refozmidans Scripsi quedam super huiusmodi scrupulis in tractatu de pparando ad missam Aliqua etiam similiter de cautelis contra spiritum blasphemie dirissimum. Auersus que remediuz optimum est contemnere/nec curare/ q̄npotius irridere/neq̄ super his solicite cōfiteri/nisi forsitan in principio p cautela habēdo consilio De scrupulis quo q̄

teneat her regula q̄ aduersus eos agendū est/si sit prudens aliquis ⁊ exptus cōsiliator dictauerit aut iusserit. Nec aget in hoc cōtra cōscientiā demeritorie/dum illam ad cōsiliuz sapiētioris p rōnis libertatez ab animo suo mutat ⁊ deponit/ q̄uis assidue sensualitatis remurmuratio sentiatur. Alioq̄n nunq̄ fit in pace deo locus cordis

Rursus aduertendū. quoniaz sicut docente Aristo. Omnis nostra cognitio venit a sensu. et iterū q̄ necesse est oēm intelligentem fantasmata speculari. Sic originat meditatio cordis nostri a sensibilibus que figurata sūt ⁊ colorata ac ceteris accidētibus tp̄is ⁊ loci circumuoluta. Hinc sūt meditationes ꝯscripte. hinc imagines picte vel sculpte. Hinc generaliter sit illud psalmiste. Meditat' sū i oib' op̄ib' tuis/⁊ i factis manuū tuarū meditabar. Que vtiq̄ sunt corporalia sicut ⁊ opera. Nihilomin' debet assurgere meditans ⁊ vltra ꝓgredi/veluti p scalā aliquā ex visibilib' ad iuisibilia. Sicut dicit apl's q̄ inuisibilia dei ex his q̄ facta sūt intellecta conspiciūtur sempiterna quoq̄ v̄tus ei' ⁊ diuinitas Propterea docens nos a corpalib' ad spūalia migrare dicebat Et si xp̄m s̄m carnem cognouimus nūc tamen s̄m carnem non nouimus.

Consideratio XVII

Meditans venit ad pericula ꝓpter superbiaz et ꝓpter carnaliū imaginatōem.

Amplius vero addimus. Comptum est sepius q̄ volētes intendere meditationi/si nō discrete hoc fecerint/decidūt vel in tēptationes et illusiones diaboli ꝓpter eorū (lz latentem) arrogantiā/ vl' efficiunt fantastici ⁊ melancolici ꝓpter fixaz nimis ⁊ radicatā atq̄ ꝓfundatam in rebus corporalibus imaginationē. Que quādoq̄ ꝓtēditur vsq̄ ad insaniam. Superest imago mulieris lapidea/cuius inspectione nimis crebra/quidam factus est philocaptus. quēadmodum de pigmalione ⁊ sua imagine narrant fabule poetice. ⁊ de narcisco q̄ ꝓpriaz in fonte perlucido speculans imaginem. sic in eius forma stultus hesit vt occumberet. Potuerant hic plurima dici de causis et modis hmōi lesionis virtutis fantastice. Ideo q̄ vigilātes patiunt somniantib' similia. Et hoc vocat gallice reuer vl' reuerie. Ita vt reputent ea que in sola fantasia versant interius/ exterioribꝰ ꝑcipere sensib'. Notū est hoc in maniacis. Notum p̄terea in q̄busdam melancolicl qui nōnunq̄ volunt se deuotos meditatiuosq̄ dici ⁊ reputari. Quos huiusmodi ꝓfūdata circa corpalia fantasiatio facit errare multipliciter eousq̄ vt vel in eleuatiōe corporis christi/ vl' in alia recogitatione sua/existiment se videre realiter deum crucifixum/aut sub alia q̄uis fantastica forma corporali Putantq̄ alij se voces audire tanq̄ christi/vel alicuius sanctorū. Qua sup re ꝓ assignatione naturalis cause diuersa sunt a diuersis scripta volumina. de quib' non est nūc dicenduz per singula. Consurgit hic difficultas non modica qualiter videlicet sciri possit distinctio int' reuelationes veras ⁊ falsas. An fiāt ab angelis lucis aut tenebrarum. Hoc est a sanctis angelis aut diabolis Quas reuelatiōes vtiq̄ abnegare non possumus fore nōnunq̄ a perturbatis fantasmatib' ⁊ erroneis. Felix ꝓinde qui i lege domini meditatur die ac nocte/si tamē comes fuerit discretio/quam sola parat humilitas captiuans omnē intellectuz in obsequium fidei. ⁊ semper alieno magis q̄ proprio credens iudicio.

Finit. M.cccclxxxiij. ip̄o die valeriani.

Incipit tractatus eiusdem de simplificatione. stabilitione. seu mūdificatione cordis.

Prima notula de vi abstractiua intellectus.

In simplicitate cordis querie illum. Hanc sapiētis exhortationem. hāc simplificationē cordis illi facere nequeūt qui sunt in se multiplices varijq̄. Propterea necesse est spūale cor anime (qr caro nō prodest quicq̄) ad vnitatē recolligi. si cauere debeat periculū quale notauim' in fine tractatus alterius Hoc v̄o quomodo fiat explicare difficili' est. q̄ qualiter non fiat agnoscere. Et q̄dem apud eruditos i ph̄icis disciplinis habebit ista manuductio nostra p̄ma minus difficultatis. Pollet itaq̄ noster intellectus vi abstractiua/q̄ longe perfectior efficaciorq̄ ē. q̄ ponat in estimatiua virtute bruti vtpote ouis. Que tamē vt dicit Auicen. ex motu ⁊ figura lupi visi/elicit mox inimiciciam non sensatam quam refugit. Noster igitur intellect' post inspectionē fantasmatuz causatorum a rebus extrinsecis. vnde format primo cōceptus vagos ab omni cōnotatione accidentiū vt a situ. a loco. a figura. a tempore. ⁊ sic de alijs Quo facto remanet in anima similitudo essentialis/in qua cōueniūt exterius a parte rei oīa sensata que sunt eiusdē generis vel eiusdem speciei Exemplū p̄mi animalitas Exemplū scd̄i humanitas. Qua denudatione sic facta remanet absolutus ⁊ vniuersalis cōcept' animalis Remanet insup specificus ⁊ absolutus ꝯceptus hominis quos signant voces iste aīal ⁊ homo.

Notula II

De simplificatione cordis in meditatiōe per abstractionē a fantasmatib' ⁊ figuris p bonū.

Traducam' ꝯsequēter ad ꝓpositū de simplificādo meditationē nostraz circa diuina/per abstractionez a fantas-

matibus et figuris. Ecce stet q̄ scimus nos hr̄e dilectionē boni ⁊ odiū mali. Ꝑtem⁹ in his paucis p̄mo. qm̄ inuenīt sīle de reliq̄s multis. Audio igīt ⁊ cognosco q̄ diligis bonū Interroget te meditatio tua q̄ res ē ista dilectio? Cōstat itaq̄ q̄ neq̄ colozata ē. neq̄ sonoza. neq̄ sapida. neq̄ odozifera. neq̄ frigida. neq̄ calida. non lenis. non aspera. Itē interroget te meditatio tua q̄liter ⁊ in q̄ se figat ⁊ statuat? cū id in quo se figere ⁊ statuere videt neq̄ figuratū. neq̄ corpulentum sit/calidū/frigidū/aut colozatū.

Notula. III

De ꝓceptu boni absoluto seu vniūsalit̄ q̄lit̄ fiat

Odo Jces fortassis q̄ non habeas ꝓceptū dilectionis boni/ q̄n de necessitate seratur cozdis intuitus ad hoc vel ad illud bonū ꝓticulare. vt ad bonaz tunicam. ad bonū cibū. ad bonū hoiez. Et ita de reliquis. Responsio tibi ptz p̄ alterā ꝓsiderationez p̄iozem de vi abstractiua cozdis intellectualis. Per cuius vtutis opationē. tolle bonū hoc. tolle bonū illud sicut loq̄t Aug⁹. ⁊ remanebit vez ⁊ generale bonū. Nō q̄liter fiat iam aperuimus Cōueniūt nempe bona oia in vna generali rōne q̄ est ꝓuenientia ad apetitū. Bonuz q̄pe est qđ oīa apetūt. Denudes igīt hāc rōnez boni ab vbi ⁊ nūc: h̄ est a loco vel situ vel tpe. ab omni p̄terea ꝓfusione seu cōnotatione accidentaliū/ et erit ille ꝓcept⁹ q̄ remanebit absolutus ⁊ vniuersalis cōueniens omni bono.

R

Notula. IIII

Qq Ueres forte iterū vbi est illud omne ⁊ generale bonū? Ecce cadit in materiā cōmunē de vniuersalib⁹ q̄d sint ⁊ si sint in reb⁹ extra/ p̄ter omnē intellect⁹ opationem? Dicim⁹ aūt q̄tū hic satis esse putamus q̄ vniuersalitas deriuat̄ ⁊ fundat̄ in reb⁹ singularibus. alioq̄n ficta eēt. sed cōsūmat̄ ⁊ ꝓstituit̄ in opatione intellect⁹ abstrahētis eo modo q̄ tact⁹ est similitudines reruz in q̄bus essentialiter seu q̄ddditatiue ꝓueniūt ab vbi ⁊ nūc. id ē. loco ⁊ tēpore. Ān si q̄ras vbi ē hūanitas ad extra? dico q̄ in hoc hoie singulariter ⁊ in altero sīliter. et si null⁹ eēt singularis hō/ nulla p̄maneret exteri⁹ hūanitas. qm̄ destructis p̄mis substantijs vt dicit Aristo. impossibile ē aliq̄d aliozū remanere. Inhilomin⁹ adhuc remaneret h̄ vniuersale hūanitas interius in mēte angeli sicut añ mūdi ꝓstitutionē erat. Et put nūc ē vniuersalis ratio humanit atis in mēte dei/ nec erat res alia q̄ mens dei/ neq̄ realiter/ vt oēs ꝓcedūt. neq̄ formaliter vt nōnullis placet. Est demū articul⁹ parisien⁹ condemnatus dicēs q̄ ab eterno fuerunt extra deum quidditates alique/ vel vniuersales rationes. quales fantasiati sunt q̄dam esse vniuersalia realia p̄ter deū/ ⁊ p̄ter oēm intellectus opationem seu conceptum.

V

Notula

Rr Ursus ad intelligendū dictū hm̄oi q̄ destructis p̄mis sustātijs impossibile est aliq̄d aliozū remanere. Attēde dum est ne locutio varia sit dū loq̄mur d̄ hūanitate q̄ ē ab extra/ ⁊ de ꝓceptu hūanitatis q̄ intra reponim⁹. Est enī h̄ nomē humanitas p̄mo modo nomē p̄me intētiōis supponēs ĩmediate et p̄ncipalit̄ p̄ re adextra q̄ ē vel esse p̄t si sit amplatiua suppositio/ et hec i solis singularib⁹ hoib⁹ repit̄. Hoc vo nomen hūanitas sūptū secōdo modo/ supponit nō p̄ reb⁹ adextra/ s̄ p̄ ꝓceptib⁹ dd hūanitate habitis ad intra seu p̄ angelū seu per hūanū intellectū. Aut ē idea hūanitatis in mente diuina/ p̄ idemptitatē locutiōis/ sicut ponim⁹ q̄ sapientia est in deo non p̄ inhesionem sed per idemptitatem qm̄ est ipe deus.

VI

Notula.

Vv Jdes arbitroz quēadmodum meditans potest intellectū suū figere in recognitione boni nō hui⁹ vel illi⁹ figurati corpuleti vel colozati. Et ꝓsequēter fert̄ volūtas in dilectionē absolutā p̄mi ⁊ veri boni q̄ nō ē bonū p̄ticipationē vt alia oia. s̄ p̄ essentiā Poteris ita negociari circa potētiā. circa sapiētiā. circa iusticiā/ ⁊ ita reuereri diuinā potētiam Uerecūdari ad sapiaz si turpis es. Trepidare ad ꝓsiderationē iusticie si mal⁹ es Nō si forte quesier⁹/ an ꝓceptus hm̄oi sint absoluti et p̄prij deo. visum est hacten⁹ mihi q̄ ita/ saltem de possibili hoc est q̄ in via potest meditans et abstractiuus intellectus formare sibi concept⁹ absolutos et p̄prios cōuenientes soli deo. Qui dabit noticiam p̄priam ⁊ absolutam sed nullatenus intuitiuam de eo.

VII

Notula.

Aa Perta est nobis ex p̄dictis via ad intelligendū mysticā theologiā/ de qua scripsit diuin⁹ diony. virra illam que simbolica ⁊ illa q̄ p̄pria nūcupat̄. Procedit ita q̄ simbolica theologia p̄ similitudines reptas i rebus/ attribuēdo deo quicq̄d videt esse p̄fectionis in rebus causatis/ ita vt hoc modo dicatur deus nedū nominabilis. Et hoc modo dixit diuin⁹ Bartholome⁹ put dionys⁹ refert/ euangelium esse latissimū. sic apellat̄ de⁹ leo p̄pt̄ fortitudinē/ lapis p̄ter durabilitatē. agn⁹ p̄pter mansuetudinē. sol p̄pter illustrationem. ⁊ ita de reliquis/ q̄ non s̄m essentiā sed p̄ solaz attributiōez ⁊ p̄ analogicā similitudinem de deo loq̄mur quasi balbutiētes ⁊ palpātes in vmbra occūbentis luminis vel grē intelligētie nr̄e i nobis. Procedit vero mystica theologia per abstractionem/ modo velut opposito ad p̄cedentem/ qui quicq̄d est affirmat de deo/ iste vero p̄rsus negat de deo omnia. Et ita breuissimū est vt ait idem bartholomeus euangelium.

Notula VIII

Exemplū palpabile dat ipse diony. p manuductiōe hui⁹ theologice mystice. Cōsidera fabricatorē statuaꝫ: nō dens quicq̄: ꝫ rescindens ⁊ remouēs. ex q̄ subtractiōe remanet agalma pulcherrimuz/imago pulchra figurata vl̄ sculpta. Hic agit suo modo meditantis anim⁹ dū ad ꝫ ꝯceptu vago cōnotatiuo scz ꝫ ens/⁊ illō ens. q̄ ꝯcept⁹ habeꝫ ex rebus exteriorib⁹ sensat/ intra facit abstractionē modo p̄declarato. Remouēdo ab ꝫ ꝯceptu vago ꝯcq̄d est impfectionis in entib⁹ cognit/ p fantasmata Et qz nullū est causatū ens q̄n sit impfectū/ negat merito omne ens tale a deo: qz diminutū. qz dependēs. qz potētiale. qz defectibile. ⁊ ita de reliq̄s impfectionib⁹. Qua abstractiōe facta dici neq̄t q̄ nihil remaneat cognituz in abstrahētis animo/ q̄n potius resultat agalma pulcherrimū/ seu iuxta cōmuniorē philosophantiū locutionē/ remanet cōceptus entis pfecti/ denudatus ab omni impfectione. Et hmōi est ꝓpri⁹ dei ꝯceptus absolutus. Iz non intuitiu⁹. de quo dominꝰ ad moysen. Ego sum q̄ sum. hec dices filijs israel. Qui est/ misit me ad vos. Et hoc modo iuxta verbum ꝓpheticum est vnum nomen domini dei.

Notula IX

Concordat his dictuz Damasceni q̄ ꝫ nomē ens dicit substantie pelagus infinitū. Demōstrat nobis dominus Bonauentura in itinerario suo mentis in deuz deū. Cōsonant hebrei q̄ dicunt hoc nomē thetragramaton significare deuz absolute. non per respectū ad creaturas. Nō qualiter esset dicendū nisi posset haberi ꝯceptus huiusmodi absolut⁹ non satis intelligo. Videt forte talia falsa vl̄ impossibilia nō exercitatis in abstractione taliū conceptuū. Non enī videtur eis dum intelligūt exempli grā hominē/ q̄n semp intelligant ipsuz cum confusione/ seu vestitu quodā vel circūstantia loci tēporis ⁊ aliorū accidentiū/ dum nō ita cōcipiunt hominē nisi vt est animal rationale. ⁊ animalitatē que non est ꝓpria soli homini. Redargutio autē taliū hominū magis facienda est monitione/ vt vim sui cordis intellectualis attendant/ q̄ studiosa ratiocinationis ostēsione. Alioquin sic agitur cum eis quasi si ceco alicui. aut nicticoraci/ solis radius digito monstratus que ratur an videat?

Notula. X

Superest ex p̄missis dubitatio ꝓpter errorē manicheorum/ q̄s forte decepit recogitatio qualē ō bono posuimus. Nō si sit aliq̄ bonum participatū. et erit aliq̄ essentiale ⁊ p̄mum bonuz. Videt itaq̄ esse similis ratio de malo. Nō si sit aliq̄ maluz in rebus creatis. sicut ita esse quis negauerit dabit aliq̄ malū primū p essentiā At vero diuin⁹ diony. ⁊ Aug⁹. differentiā certissimā ⁊ latissimā docuerūt demōstrātes q̄ nihil ē malū positiue in reb⁹ sed tm̄ ꝑuatiue. Propterea sequit ex ꝯcessione mali/ q̄ aliq̄ sit primū ⁊ nullo modo q̄ sit aliq̄ primū ⁊ purū malū. Est enī impossibile sicut dicit Aristo. q̄ purū malū p se subsisteret. Quia si purū est. se destruit. Nō hz igit fundamētū nisi bonū vel in bono. Fallit aūt leuiter ignarus aut nesci⁹ analogie entis vel hui⁹ ꝟbi est. Que ponit q̄druplex ab Aristo. iiij. metaꝑh. ita vt illud q̄ nl̄o modo ē positiue ⁊ i actu /esse tm̄ dicatur. qz videlz est i potētia. i. pōt esse. Vl̄ qz dicit carentiā alicui⁹ boni debiti in esse. Non enī sequitur. Malū est ꝑuatio boni debiti i esse. ergo malum est actus/ vel aliq̄ positiuuz. Q̄m ita nihil est. Quis ergo mirabit si nō sit aliq̄ primum ⁊ sūmum tale malū cū nulluz sit pticulare vel infinitum actu tale hmōi.

Notula. XI

Pergam⁹ cōsequēter ostēdere magis ac magis modū quo simplificari ⁊ vniri poterit spūale corz meditātis. seclusa fantasiaꝫ multiplicitate. remoto lesionis imaginatiue ꝟtutis periculo. Dicunt beat⁹ diony. Aristo. ⁊ alij. q̄ amor habet ꝟtutem vnitiuam/ quēadmoduz calor omogenea congregare ⁊ ab ethrogeneis separe habet. Presupponam⁹ igitur ex superiorib⁹. q̄ meditans fabricauerit sibi cōceptum boni potentie. cōceptum sapiētie. cōceptum iusticie. cōceptum clementie. cōceptum beniuolentie ⁊ dilectionis/ figit istic pedem sinistrum anime q̄ est intellectus vel ratio. Scinde pedem alterum dextrū/ qui est voluntas/ ꝓtendat p amorem talis boni/ vel potentie/ sapientie clemētie ⁊c. velut in anteriora se extendēs Hoc est dicere. q̄ ⁊ id satagat amare qđ cognoscit/ conetur amare deum sūme ⁊ primuz bonum. Hic amor cum non sit discūrsiuus/ nec vageꝫ/ sed inhereat amato in se ⁊ propter se. Ita vt nitaꝫ suo modo totus in amatū penetrare/ ⁊ in ipm̄ collabi/ ⁊ vnū cum illo q̄tū possibile est fieri. Fit tūc q̄dam sepatio corporaliuz oiuz q̄ sunt ethrogenea ad spūa litatez cōpata/ ⁊ ita remanet vnitio q̄dam spūaliū. q̄lia sūt deus ⁊ aia corpalia vero feces ⁊ cineres remanent.

Notula. XII

Vidit ⁊ sensit hanc sepationem spiritualium a corpalibus in homine fieri posse q̄ dicebat. Verbū dei viuū ⁊ efficaꝫ pertingens vsq̄ ad diuisionem spūs ⁊ anime/ copagūq̄ ⁊ medullarū ⁊c. vbi capitur anima p̄ sensualitate vel animalitate que corpus includit ⁊ animā. Quis vero apostol⁹ tribuat

virtutē hāc diuisiuā aīe a spū. verbo dei/ꝫ dicit ꝓ tanto si diligaṫ verbū dei ab ipo spū. Nm̄ sola cognitio verbi dei spiritui ad hocnō satis est Propterea audi q̄d vltra ꝟbi cognitionē/subsequenter senserit aia deuota. Alia mea inq̄t liq̄facta est/vt dilectus locut⁹ est. Locutio ⁊ auditio ad cognitionē. liq̄factio spectat ad amorē. Nm̄ amor vna cōpatiōe dr hr̄e acutum nomē ꝓpter desideriū penetratiōis intime dilecti. Liq̄factionis ꝟo nomē molli⁹ suauiusq̄ ē/affectū sponsi diligētis accōmodati⁹ satiusq̄ rep̄sentat Quia liq̄facti natura ē nō ꝓtineri terminis ꝓpr̄ijs. nec q̄escere/sed effluere semp ⁊ dilabi quousq̄ sistat in alio. Intelligam⁹ siliter de liq̄facto vel emollito spū ꝑ amorē dei/suo modo. q̄ i solo deo terminū suū inuenit ⁊ q̄etē. Ad cui⁹ exemplar sigillaṫ. exemplaṫ. trāsformaṫ. simplificaṫ. ⁊ vnitur Et ita de reliq̄s siliibus Remanet feculentū qđ est portionis inferioris. Nm̄ colligiṫ corollariū vel pozisma pulcherrimuz q̄ sicut res dum emanāt a deo ⁊ ꝓsequēter dū se diffundūt. sicut in sole cōspicim⁹/fit ꝓgressus ad pticulariora et grossiora q̄ plus hñt materiales cōditiones. sic i reditu ad deū q̄ fit ꝑ hoiez ꝓtēplatiuū. reducendo siliitudines rerū ꝓmo ꝓceptas in sensib⁹ ad intellectuale ⁊ spūalez puritatem/ fit abstractior ⁊ vniuersaliora reductio ad vnitatē ⁊ quādaz imaterialitatē Nam qđ natū est ex spū. spiritus est.

Dixerunt ante nos hec oīa sancti doctores Quid eni inexpositū reliquerūt? Sz hec iterum meis ꝟbis ⁊ ordine ſb paucis cōmemorata sūt.

Notula. XIII

Que aliū docet modū simplificādi cor spectātē ad affectū. sicut ꝓior magis ad intellectū.

Admitamur si forte poterimus iuenire modū alterū meditatiōis simplificande ⁊ a fantasmatib⁹ elōgande q̄ familiarior et ab hoib⁹ nō exercitatis aut eleuatis in pḣica disciplina seu metaphisica captibilior forte fiat. Cōstituam⁹ in p̄mis exēpluz palpabile cui⁹ erūt capaces etiā ipi pueruli suo modo. Dicat aliq̄s vni puero tā vtēti rōne. qui neq̄ patrē suū/neq̄ matrem vidit vnq̄. Dicat inquā. Ecce tu puer p̄ez habes i regione lōginq̄ssima potētissimū. sapientissimū. optimū. gloriosissimū. Ille est q̄ te genuit ⁊ fecit. ille ē a quo ⁊ ꝑ quem mittunt tibi oīa q̄ habes bona. He vestes hec cibaria. hec poma. he nuces. et similia. Nūq̄d non merito habes talē diligere/tali obedire et facere q̄cq̄d ipe mādauerit? Hoc audito bon⁹ puer mouebiṫ affectu naturali ad audituz p̄ris nomē. vt ferak in dilectionē ipi⁹ cum tamē apud hmōi puerū nō sit alia p̄ris cognitio. q̄ ea q̄ ꝑ fidē aut narrātis ei ingeriṫ simpliciter autoritatē. Hic puer nō ꝓsiderabit de necessitate patrem sub aliquib⁹ cōditionib⁹ materialib⁹/ vt q̄ sit alb⁹/niger/paru⁹ magn⁹ ⁊c. Vel etiam si considerauerit ipe ꝓtin⁹ sine mlto conamine se auertere poterit ab hmōi ꝓsideratiōe/ ⁊ in nomie seu cognitiōe hui⁹ est p̄ tot⁹ defacili intēdere valet tenerrimo cordis amore/ put tot⁹ nouit in ei⁹ dilectionē inhiare/suspirare/ ⁊ totū suū in eū desideriū ꝙuertere. Quidni dixerit sibūpi aut alis de p̄re sic. Viuat talis bon⁹ p̄r. Benedict⁹ in petuū ille dilect⁹ p̄r. Bñ sit semp isti p̄ri/q̄ certe mihi ē valde diligēdus. honorādus. reuerēd⁹, ⁊ p̄ oculis iugiter habendus. Beniq̄ si quis ab hmōi q̄sierit. q̄lis ē iste tu⁹ pater? Respondebit vtiq̄ nil aliud. Nescio plus/nisi q̄ ipe est meus charissimus pater. ꝓgenitor me⁹. nutritor me⁹. benefactor meus. ꝓtector me⁹/ ⁊ si qua sunt siliia Et hec tñ nouit solū fide ꝑ auditum/ ⁊ nō intuitue vel ꝑ visum vel attactum.

XIIII

Notula.

Existimo q̄ simili manuductiōe poterit xp̄ianus etiā quiuis rudis ⁊ litterarū ignarus/induci vt trāseat i affectum cordis erga dn̄m deum suū/ ⁊ ea q̄ sunt diuina ⁊ spūalia/deserendo corporaliū rerū fantasias/aut supgrediēdo eas quodam q̄si transuolatu generalis meditationis ⁊ amoris Exemplificemus adhuc aliter. Desiderat aliquis sanitatem dū egrotat. Nōne potest ꝫ optare seu petere medicum/non būc vel illū singulariter. Sicut sitiens apetit vinū ⁊ esuriēs cibū. Nō tamē facit sepe non p̄habita fantasiatione ad hoc vel illud vinū. aut ad būc vel illū cibū. Applicet meditātis cor siliitudies istas ꝑ practica siue meditationis/cōfestim vt offertur aliq̄d corporeuz oculis sue meditatiōis. Non quiescat in eis sed suspirādo desiderādo. diligēdo. supuolare que rat ad quoddā abstractuz/ denudatum/ vnum. Vtaṫ corpalibus q̄si q̄busdam scalis ad tendēdum in spūalia. non q̄escendo in scala Exemplificauimus iam ꝺ filio meditāte circa patrē ignotum/de egroto q̄/de sitiente/ de esuriēte/qui suspirant ad medicū. ad vinū. ad cibū ignotos/ at q̄ ad hmōi afficiunt̄ ⁊ desiderant. Imo etiaz si cognouerim⁹ ihm xp̄m put loquitur aplus/ nō tamen eo modo ſm carnē nouim⁹/sed vt redemptorē ⁊ saluatorē ⁊ vt dei ꝟtutem et sapientiam ip̄m recogitam⁹. Qui fact⁹ ē nobis a deo p̄ sapientia. iusticia sāctificatio. ⁊ redēptio.

XV

Notula.

Vto iuxta traditionez hanc motus ē Hugo dicere. Quoniā aliq̄n dilectio intrat vbi cognitio foris stat. Non q̄ amor excludat oēm cognitionez. sic eni fieri non pōt vt diligaṫ p̄sus incognitū. Sz ⁊ ipe amor vt dicit Greg⁹ q̄dam cognitio est Et q̄lis cognitio? Certe exp̄imētalis/ ⁊ suo modo ꝓportionabilis/tactui/gustui/ vel olfactui/in sensibilibus. Unde q̄uis dicaṫ ab aliq̄bus amor esse cec⁹, ꝫ habet fortassis veritatē loquendo de cognitiōe

luminosa/seu declaratiua/ proportionabiliter ad visionē oculoꝝ ⁊ auriū. Quia se manifestare nō pōt/aut in aliū trāsfundere/sapor ⁊ dulcor amotulo de meditatione. scz cordis dicebaꝫ ¶ Rursus patz ex priorib⁹ qđ hz respōdere cor simplicitatis vel orātis. Si q̄ratur ab eodē qđ meditādo qđ orando cogitet/qđ aspicit aut qđ diligit. Recogito. dicere p̄t patrē meū celestē/benefactorē meū redēptorē meū. saluatorē meū. iudicem dominū imo sponsū ⁊ amicū meū Et si pergas vltra req̄rere. Quis ē iste pater tu⁹? Cuius essentie est? cuius pfectionis. cuiusq; p̄ditiōis? Rndeat. Incōphensibilis ē ⁊ infinitus. Et ido cōphendere ip̄m non laboro. Satis mihi ē ip̄m p̄statu p̄sentis exilij cognoscere sub eis que memorate sūt rōnib⁹. q; pater. q; pius. q; bñfactor amicus. intimus. pulcher. decorus. ⁊ totus desiderabilis/put sponsa dixit in cāticis Vñ ⁊ puer de q̄ plocuti sumus q̄rēti a se q̄lis est pater tuus. nūq̄d paru⁹ aut magn⁹. rubibūdus aut pallidus. nudus aut vestit⁹? dicere nescio. nec hoc scire dum in h̄ exilio dego/ptendo. sciam abūde cū nūc ad ip̄m p̄sentiaz venero. Hec itaq; cognitio sufficit mihi q̄diu ip̄e illic ⁊ ego istic sumus/ vsq; ad tp̄s bñplaciti sui/ vt interim sic bonorez sibi dilectionē/obedientiā. reuerentiāq; toto conatu impendā. ¶ Viuit ille cui adhuc puerulo/ suadebant pij parētes vt si poma. si nuces vel ceteraq; talia hr̄e vellet. genua flecteret/ et illa a domino deo eleuatis peteret manibus Et vero puero ita faciēti/ pjciebant hec ab alto loco/ vtpote a camino vel solario/aplaudētib⁹ quasi ⁊ cōgaudentib⁹ puero ip̄is parentib⁹ ⁊ dicentibus. Vides dilecte fili/q̄ bonum est orare dominuz deum/qui talia confert orantibus.

Notula. XVI

Hec via videt plana. cōmunis. regia. sine periculis. sine difficultatibus. sine offendiculis vbi veritatem habet illud puerbiuz. Qui ambulat simpliciter/ambulat confidenter. Hinc euenit vt simplices sine litteris rapiāt celū. vbi litterati ⁊ cōfitores huius seculi. vbi pscrutatores maiestatis aut inanes remanent. aut oppimūt a gloria. Legimus in ecclesiastica histo. de q̄dam sancta femina martyre. nomine (si bñ recolo) Blādina/ cum torqueba graui ter/interrogaret de multis ab ea aliud poterat extorqueri responsū. Nec hoc vnū solum respōdebat Christiana sū. Nec sic fieret in omnib⁹ nobis meditari volentib⁹ in simplicitate cordis/cōformiter ad aplm. qui ait Nihil arbitrat⁹ sum me scire iter vos/nisi dominū nostrū iesum christū ⁊ hūc crucifixū ¶ Ecce eni dum querit aliquis meditari in simplicitate cordis/occurrūt vel naturales fantasie/ vel diabolice illusiones/ q̄rentes q̄s et vbi ē deus tu⁹?

Audi pphetaz similib⁹ impeditū questionibus Exprobrauerūt mihi q̄ tribulāt me inimici mei. dum dicūt mihi p̄ singulos dies vbi est de⁹ tu⁹. Audi quoq; qđ respōdeat/ vt ⁊ tu possis respōdere similiter. Nam post q̄ dixit pphet. Quare tristis es anima mea ⁊c. cōsequēter respōdendo ait. Salutare vultus mei deus me⁹. Hoc est deus meus est salutare/aut saluator mei vultus qui duplex scz gratie ⁊ glorie existit. quasi dicere vellet. Deus me⁹ est mihi lumen gratie/ ⁊ glorie/ ⁊ omne bonum. q; si amplius curiose magis q; fructuose. importunate cogitatio iterrogare pstiterit/expellat eam ⁊ fuget meditatio tua flabello et manu simplicitat. et humilitatis/auertendo ab ea ⁊ nihilipendendo tali responso breui/sed efficaci. Ip̄e est deus meus/dominus meus/ ⁊ pater meus/qui possedit me ⁊ fecit ⁊ creauit me. Quid vis vltra?

Notula. XVII

Laudat in scriptura sacra ⁊ a doctoribus simplicitas vera/ que plicam nō habet dolositatis falsitatis. aut curiositatis. Sic iob simplex fuisse memoratur. non simplicitate que opponit pspicacitati intellect⁹/ sed que cōtraria est dolositati affectus. Sicut et sapiens ait de deo q; cum simplicib⁹ graditur ⁊ cum ipsis est sermocinatio eius. Sicq; faciebat pphet loquens ad dominum in sancta simplicitate. Ut iumentū inquit factus sū apud te. Felix qui taliter simplex ⁊ tale iumētū esse meruit/ si tamē in via domini. Nam fortitudo simplicis via domini. Hec simplicitas. dū diuersitatē hominū in naturalib⁹/morib⁹/cōsuetudinib⁹/statibus ⁊c. recogito/videt p̄cipue locū habere apō cōstitutos in officijs religionū/ pter cōmunem cōgregationis vtilitatem ex obediētia/necnō illos cōmuniter omnes q̄ laborant in vita actiua ⁊ multis curis solicitudinib⁹ ⁊ occupationibus pregrauant. ex charitate aliorū saluti intendentes. Talibus q̄pe non cōceditur ocium vacandi subtiliorib⁹ inquisitionib⁹ catholice legis/ neq; suppetit vtus/facultas/locus/tempus ⁊c. ad recolligendū se in vnitatez hmōi q̄ docet a phis p abstractiones mētales scholasticas. Idem videtur sententiēdū de maxima pte eoruz qui deo sub regulari in religionibus militāt disciplina/ quos cōmuniter fatigat non modicū multiplicitas/ plixitas/ ⁊ cōtinuitas diurni pariter ⁊ nocturni. Addit abstinentie austeritas/ crebrū teiuniū. lōge vigilie. mala qui es. laboro assidu⁹ superioz obiurgatio. pariū indignatio. et pene totius vite vna ⁊ iugis tēptatio ⁊ vexatio. Clarum erit pie p̄siderāti q; hec omnia non pmittūt saltē vt frequēter humanaz infirmitatē se libere ⁊ expedite trāsferre in meditationib⁹ suis ad huiusmodi q̄les p̄notauim⁹ phicas abstractiones. Pōnt nihilomin⁹ hi tales aut aliqui ex singulari

dei gra ꝑuenti ⁊ adiuti /de quo minime dubitauerim/quãdoq; ascẽdere sublimius atq; securi⁹ deducẽte eos sup excelsa ipso victore deo i psalmis canẽtes/q; plures alij /p̃sertim phisica/ q̃tidie scrutantes vtinã non magis curiose q; fructuose/scrutina.

Notula. XVIII

Oscamus adhuc aliq̃d de hoc meditationis modo/ q̃ solet a corpalibus incipere/et ea sibi substernere/sed saluberrimũ ⁊ pnecessariũ cõsiliũ est in eisdem nõ sistere nec pedẽ figere. Alioq̃n vt frenesim vl turpissima incurret desideria ipe meditãs. Assignemus bozũ rõnem .Constat plane virtutẽ oẽm q̃ corporeis vtit organis/fatigatiõem ⁊ qñq; totalem in opatione sua si nimis ꝓtinuet defectionẽ pati. Constat insup ex hac cogitationẽ oẽm particularẽ q̃ nimis ⁊ plus debito ꝓfundat in imaginatiua vel estimatiua virtute.lesionẽ inferre sic fantasianti. ita vt nõ maneat dñs sui . neq; liber ad expellendã hmõi cogitationẽ . Patet hoc in omni passione radicata. potissimuz tñ in amore put videri põt in philocaptis /qui q̃si nihil differũt a maniacis ⁊ insanientib⁹ . Aliuit adhuc q̃dam iuuenis/q̃ suam taliter fixit in vnius amore mulieris fantasiam/q; in ripa cuiusdã existẽs fluminis existimabat se illã corpaliter videre in altera eiusdẽ fluminis ripa. vnde satagebat natãdo venire ad eandez. Sed forti verbere adhibito sanat⁹ est. ⁊ fantasticã deceptiõez intellexit Aliuit quoq; qui aliter et castius exercẽs semet ipm in legẽdis meditationib⁹ Anshelmi ⁊ eas i affectuz trahẽdo /ad hoc deuenit ꝓpter indiscretum laborẽ hmõi/ vt sol⁹ aspect⁹ libri in q̃ ꝓtinebanẽ scꝑti sibi cũ nausea post causaret horrorez pariter ⁊ timorem/capitisq; vertiginem.

Notula. XIX

Legi pridem libzũ quendã quẽ virgo certe deuota cõposuisse dicebaẽ. De cuius dictis memori mẽte hoc vnum diligenter retinui ⁊ notaui. quoniaz id ꝑ multa expertus/dictuz rectissime cautissimeq; reperi. Nihil est inquit magis mihi suspectuz q; amor/ etiam circa deum. Posui hoc in lectione q̃dam edita ꝑ modum tractatuli de ꝓbatione veraruz reuelationũ typo nũmismatis. Est enim passionũ omniuz vehemẽtissima dilectio/quapropter semper eget discretionis freno. Aliuit mulier q̃ castitatem cum viro ꝓprio/miro (nec aperiẽdo) rigoris tenore seruabat . Hec nihilomin⁹ amori spirituali se dans aut dare putans.carnale (nescio quid) aut fedum pati se fatebaẽ in corpore. Que rursus vt alie plures sub velamine deuotionis (quale deuotionis velamẽ/magis q; ipsaz deuotionẽ nõnunq; mulierculas ⁊ viros mulie briter cõplexionatos/ vel habere vel retinere q̃s nesciat non esse difficillimũ) ad ꝑsonas aliquas de sanctitate famatas plapsa. nunc ad hãc .nũc ad illam diligendas furore ducebatur magis q; amore/ita vt sui compos nõ fieret/nec vllis arceri monitis posset ad moderationẽ in amore tenẽdum/q; nisi fortiores ⁊ ꝓtuosiores in amore cõpescendo fuissent illi quos amabat viri . ꝓfecto credendũ/res ipa in pessimũ exitũ nedũ cozam deo:sed etiã hominibus vertisset.

Notula XX

Sed ad quid fit istozũ cõmemoratio? Munirũ vt suadeam⁹/ et inculcemus q̃tum fas nobis est/ne meditanti animus det se/sed accõmodet/iuxta ꝓbum Senece rebus corporalib⁹ cõsiderãdis. hoc est dicere/q; ꝓtinus euolare studeat ad meditatiões vniuersales quales p̃notauimus . Quoniã ita vitabit lesionis ꝓtutis fantastice periculũ. ita quoq; et illud. Oculi mei semper ad dominũ. Et cõsequenter illud. Quoniã ipe euellet de laqueo pedes meos. Occurrit fabula de vulpe ⁊ murilego. Quesiuit vulpis. Quot modos et circũitus sciret contra caninos insultus? Respondit murilegus.tm̃ vnicuz. Vach inq̃t vulpis. Ego mille noui ⁊ habeo talib⁹ saccũ plenum. Euenit interloquenduz multitudo canum venantium. Murilegus vt audiuit latratus canũ cõfestim exiliit in arborem sursũ. Vulpis vero infra satigabunda velox pergebat circũeundo .Tandez cum fatigata deficeret ꝑ lassitudine ⁊ canũ moz sib⁹ pateret/imꝓperauit murilegus vulpi suos multos circũitus/atq; verisit dicens plus sibi ꝓfuisse suum vnicum in arborem saltum/q; ei omes sui multiplices circũitus.

Notula XXI

Refert seneca simile aliq̃d dictũ ab altero alteri phoz. quoniaz plus ꝓficit vnũ morale ꝓceptum si vsu continuo in illo te exercueris/q; multa si neglexeris vsum Exemplũ de luctatore. Applicem⁹ hec ad ꝓposituz ⁊ dicam⁹ q; hic vsus hec exercitatio meditantis esse debet vt assidue discat ad oẽm corporalis rei intuitũ/leuare sursum cor suũ / velut in vniuersalem quãdã recogitationẽ diuine bonitatis. diuine sapientie ⁊ potestatis. ⁊ ita desimilib⁹/iuxta sensatoz exteri⁹ vel interi⁹ q̃litatez q̃m laquei ⁊ rhetia fũt in infimis. Quid mirãdũ si spũs instar auis dũ insidet morans in eis capiatur ⁊ irretiatur/sed si mox euolet securus erit.

Notula XXII

Olit hoc stoicozũ (quozũ seneca nõ infimus fuit) institutum/ vt mens virili aliqua ⁊ forti cogitatione animũ stabiliret/que valeret ad ꝓtutem. Citi⁹ esset vagari per multa dum casta sit et ordinata vagatio. Hec autẽ cogitatio vel rectus meditatio verisimilabaẽ apud eos circa fictũ quoddam ꝓtutis simulacrum/qd̃ honestũ vocabant vel honestatẽ dũ

⁊

sua vt nos trahit ⁊ allicit/nec ꝓpter aliud queri habet. ¶ Ut vero diuinius actū est nobiscū/qui ve ram ⁊ solidam ꝟtutis ⁊ felicitatis rem tenemus non solum imaginem/que res non sola rōne nobis/sed fide certa ꝓponitur tenenda/querenda meditandaq; iugiter. ¶ Hanuducūt tamen nos odia ad hoc ipm/si non abutimur/si non ignis/ nutibus/et vmbris inheserim⁹ relicta veritate. Esset enī hoc vtiq; hominis insipientis ⁊ stolidi. Dicimus hoc ad inculcandū magis ⁊ magis recessum a corporaliuz cōsideratione diutina ni mis ⁊ fixa. quoniā si eis omnib⁹ laquei sūt. deci pule sunt/pericula sūt/pedib⁹ (iuxta sentētiā sapientis) insipientiū. Dicet aliquis ꝓhibes igit fieri imagines aut intueri. ꝓhibeas cōsequēter necesse est ⁊ litteras/⁊ ita quid reliquū erit medi tantibus Respondem⁹ q; imaginū nec vsus nec intuitus ꝓhibet/sed talis inhesio que meditan tis cor ne sursum ferat quasi circūligatū funib⁹ aut inuiscatū detinet. Supuolare igit freqnen ter nitatur etiā si recidere crebro cogat.

¶ Notula XXIII

Extimescimus in nostro multiloquio causare cuiq; fastidiū/nihilomin⁹ q; solet inexercitatis ad quales est ꝑmo ꝑsens/ꝑficere ꝑticularis exēplificatio. Subiun gamus exemplū hoc vnū de plurimis. Et quo niam dicēte sapiēte. Initiū sapiētie timor domi ni. De timore domini constituam⁹ ante medita tionis nostre oculos. exemplū illō celebre a quo cepisse dicitur ordo carthusiēn. ¶ Hortu⁹ est qui dam magne reputatiōis magister apud scholas ticos. Parabāt exequie in templo. Venit vox Justo dei iudicio accusat⁹ sum. Vilata ē sepul tura in diem alterū. Tunc audita est vox Justo dei iudicio iudicat⁹ sum. Tertia die in qua; di latio sepulture iterū facta extitit/insonuit vox. Justo dei iudicio ꝯdemnatus sum. Ecce in his est positū coram meditātis oculis iudicij tremē di. accusationis. iudicatiōis. et cōdemnationis spectaculū. Hec itaq; materialia ⁊ similia vide ri possūt quotidie apud vtrūq; forū/ecclesiasti cum sęc ⁊ ciuile. Que cor meditātis potest spūa liter quasi quotidie itra se practicare/vt se ad di uinū timorem sic excitet. Attamē inter hec ad se dem misericordie que teste beato Jacobo sup exaltat iudiciū tremebūdus ⁊ fiducia nō destitu tus appellet. dumq; miserēdi tempus est. toto il li cordis affectu se submittat. Sic predictum de mendicitate spūali scripsimus in vulgari quati nus exemplo mendicoruz manuduceremur ele mosynas spūales querere multo magis. sedulo q; affectu inētis. Sic in sensu litterali psalmorū Dauid exse docuit. Sic pia q̄dam mulier dolo rem de ꝓditione filiorū/retorquebat sup anime sue/suisq;/⁊ aliorū spiritualibus angustijs cogi tandum/ac ita ꝓuide et salubriter conuertebat tristiciam temporalē in spūalem. ⁊ ex cōsequēti in leticiam. Siquidem verum est beatos esse sic lugētes. quoniā ipi cōsolabunt. Volum⁹ tamen i his similitudinibus corporeis figi. sed ad spiritualia consideranda sine loco. sine situ/sine ne colore/sineq; figura/continuo meditatiōe cor dis reflecti.

¶ Notula XXIIII

Explicauerim⁹ ⁊ si nō/vt voluim⁹. tamen vtcunq; ꝓut valuim⁹. Iz non satis/modum simplificandi cor in meditationib⁹. Sed an satis expleuerim⁹ iudicet cui placet. Sed ⁊ impfectum nostrum supleat de⁹ qui solus sensum aperit vt intelligant scripture nedū que in libris. sed etiaz que in vniuersis creaturis per varia descripte sūt exempla/q̄tinus ad dei tegant honorem. nostraz edificationē. et ꝑ consecutione felicitatis eterne. ¶ Porro q̄c quid hic edoctum videt super simplicatiōe cor dis traduci poterit faciliter ad cordis stabilitionem. de qua dicit apostol⁹. Bonū est gratia stabilire cor/dum docetur cor vel stare i deo/vt nō elongari diutius ab eo. vt sic ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. Trahi similiter potest ad cordis mūdificationem. De qua Dauid Cor mundū crea in me deus. Que mūdificatio fit cum ipm cor a multis/⁊ p̄cipue cuz (Iz difficilime) a fantasmatū corporalium cōtagio/visco vmbra/seu fuligine/assuescit separari. ¶ Posset deniq; sub simplificatiōe cordis/introduci directio vel rectitudo cordis. Sed erit sup hac re ꝑticularis domino volente decisio. De q̄ rectitudine ē illa psalmiste exclamatio. ¶ Q bon⁹ israel deus. his qui recto sunt corde. Et itez. Confitebor tibi in directione cordis. Finit.

Carmen de simplifi=

catione cordis.

His verū liber cognoscere simplificet.
Cor sursū remeans/infima despiciat.
¶ Materie trahit infectas res cōditiones.
Quo magis a sūmo/distat origo sua.
Hoc in sole notes ⁊ lumine/sed viceuersa.
Dū redit ad primū/spūale sapit
¶ Hēs hois mūdū/sua ꝑ simulacro receptū
Sensib⁹ effigiat spūi similem.
Spūs est nempe qđ gignit spūs/Jsta.
¶ Mens cōditio libera/ꝓmo fuit.
Principiū reb⁹ primū speculando creatis
Obijce cū nullo crimine lesa iacet/
Inficit carnis ocul⁹/sed ebet rōnis/
Contemplatiu⁹ lumine pene caret.
Par fit iumētis/⁊ corpe mersa grauat.
Decliuus stolidā vix bene visit humū.

Incipit tractat⁹ do=

ctoris cōsolatorij magistri Johānis de gersōno

Cancellarij parisien. de directione seu rectitudi
dine cordis.

A c Confitebor tibi in directione cor
dis. Pollicet hoc psalmista p-
sonam in se gerens anime cuius
libet fidelis deuote/ loquēt deo
⁊ cōfidentis in eo. Vel poti⁹ he
braico more. futurū indicatiui ponit hic optati-
ui loco. q̄si vox sit non ꝓmittentis sed optantis.
atq; orāt cū dicit. Cōfitebor tibi i directiōe cor-
dis. Proclamat in eodem spū raptus in anago
gicos excessus q̄ psallendo ait. q̄ bonus isrl' de⁹
his qui recto sunt corde Felix plane cor directū
⁊ rectū in domino. Sz in directione ⁊ rectificati
one crebrius heu fallimur putantes nos rectuz
cor habere/ cum varie distortum est. qr iusticiaz
nostrā volentes statuere/ iusticie dei non sumus
subiecti. Propterea diligenter attende tu medi
tans quēadmodū deo cōfiteberis in directione
cordis. Vide q̄d sequit. In eo q̄ didici iudicia
iusticie tue. Mirum vero si q̄s gloriari audeat
se didicisse iudicia iusticie dei/ q̄ sunt vtiq; abys-
sus multa. que incōprehensibilia/ que et terribi-
lia sunt sup filios hominū. Sed ꝓfecto satis est
cordi saltem fido ⁊ simplici/ non curiosa ꝑscruta
tione sz hūili deuotiōe/ ꝯfiteri deo cum ꝓpheta
dicēdo. Just⁹ es dñe/ ⁊ rectū iudiciū tuū. Item
iudicia dñi vera iustificata in semetip̄a. Et rur-
sus iusticie dñi recte letificātes corda.

Consideratio I

f Fundamentū igit directionis cordis
ē meditatio rectitudinis diuine iusti-
cie/ que est ꝑpetua ⁊ constans volun-
tas reddens vnicuiq; quod suum est
Hinc enim consurgit ordo. qui est pariū dispa-
riūq; rer̄ sua vnicuiq; tribuēs dispositio. Hinc
cōsequenter oritur pax. que nihil aliud est q̄ or
dinis trāq̄llitas/ ꝓpterea bñ enunciatū ē. q̄ op⁹
iusticie est pax. ⁊ q̄ iusticia ⁊ pax osculate sūt.

Consideratio. II

Esset autem gratissimū hāc per singu
las res meditari iusticiā. ordinem. et
pacem. sed transeat meditatio cordis
vt dirigatur ad participatam iustici-
am que describitur habitus vl' quasi habitus ꝑ
quem inclinatur cor habentis ip̄m/ reddere vni
cuiq; qd̄ suum est. Quā iusticiā diuiserunt phi-
losophantes in cōmutatiuam ⁊ distributiuam/
q̄uis non defuerint qui iusticiam dixerint oēm
v̄tutem. Recte prorsus. si de legali iusticia sub
generalitate locuti sunt. que quidem ratio ē red
dere vnicuiq; qd̄ suum est Continet itaq; sub h̄
ambitu virtus omnis tam prudentia que est re-
cta ratio agibiliū/ q̄ tempantia que est modera-
trix passionū cōcupiscibilium/ q̄ fortitudo que
est mediatrix inter audaciaz ⁊ timorem/ q̄ iusti-
cia ꝓut est ꝑticularis virtus respiciens cōmuta
tiones in p̄cijs/ ⁊ distributiōes pro meritis qua
tinus recte fiant.

nocere possit. & me in decessu ab hoc seculo ante
cōspectū dñi presentate in eterna gloria. Ad
angelos Vos angeli nunciate mihi/ quelibet
dictum cognitu et factu opportuna p me aut qui
buslibet alijs. predicando exhortando vl' aliud
quodlibet exercendo. ponite in ore meo verba san
cta et salutaria que sint ad edificationē meam et
aliorū. nec aliqua fallacia aut versucia quecūq
valeat puadere. In tristicia que nō est pm deuz
afferte cōsolationē. inde desolatione me confor
tate. de errore me reuocate. Et mollite cor durū
deuotionis aridū lacrimis rigate. mētis illumi/
nate tenebras. In laudibus dei mihi sitis comi
tes. in excelsu me reprimite. in bene factis robo
rate. aduersus omnes aduersarios meos adiu/
uate. humilitate me in prosperis. extollite in ad
uersis. in mea paupertate p me questuate. in in
firmitate sanate. in hora mortis me visitate. aui
sate. excusate. liberate. saluate. Sunt hec vestra
officia pm veritatem histozie ac scripture sacre.
Specialiter tu raphael sancte. deduc me p viaz
bonā. sicut duxisti tobiam iuniorē. et p te tal' mi
hi accedat pfectus. qualis p tuū sapientissimuz
filiū/ accessit patri eius et vxori sue sare.
Oratio ad omnes sanctos. Continet plures.
partes.

O Non poterit queso inuenire subsidiuz
refugiū aut misericordiā hec pauper
cula miserabilis anima apud tot principes opu
lentissimos ac potentissimos infelici patria. i vr
be beata. in loco totius amenitatis & sup abun
dantie. in templo pietatis et charitatis regnan
tes? Quādiu queso clamabo et eiulabo ad corū
ostia petens pauperi panem ppter deū. & nemo
aduertet? Quamdiu vicissim discurrā & pcum
bam ad pedes eoz. & nemo succurret? O paup
cula desolata vbi p dei reuerentia pficies. si hic
expulsam passa es si hic misericordiam nō es cō
secuta? Si hic elemosynā gratie & indulgētie nō
impetres quis alibi te suscipiet? O felices o glo
riosi sancti & sancte dei omnes totiēs audiui ma
gnuz illū amorē ac fauorē commendari/ quē ge
ritis ad pauperes & miseros atq indigētes pec
catores. insuper et illā vestroz donoruz largita
tem & superabundantiā elemosynarū. Heu ero
ego omnibus alijs infelicior. despectior indigni
or magisq reiecta? Deficiet hec ppt̄ me vestra
commendatio? Cessabit fons ille vestre clemen
tie manare. ne sola ego bibam? Claudētur mihi
vestre supplici/ manus vestre. que ceteris omni
bus aperte sunt. Vester pfecto thesaurus ppt̄
me minime decresceret. Nō aderit quisq̄ ex vo
bis qui suscipiat hanc paupculam alienā sb̄ suo
saluo p̄ductu que dietim periclitari minat̄. Nō
erit qui ex cōpassione vel hospitem colligat. aut
velut vnā ex minimis ancillis sue familie digne
tur ascribere. Satis pfecto mihi eēt si ex his vel
vnus me benigne suscipet. & inter suos vltimaz
statueret. Quod si in ceteris inuenta sim vilissi
ma indignissima infelicissima. grauiusq ceteris
excesserim/ eo magis vestrā meis precibus incli
nabitis misc̄iam. scientes q̄ his nō opus ē mi
sericordia qui carent miseria. Scio quippe ab al
tero vestz esse dictū. q̄ vbi abundauit delictum
supabundauit et gratia. Si me a pedib⁹ vestris
indignant̄ abijcitis. animaduertite que me veli
tis esse facturā. instruite me quo pficiscar mise/
ricordiā reptura. Scio veracit̄ nō alibi hoc fu/
turum. Quo igit̄ diuertā? Incidam in despatō
nē? Absit hoc. Mandatū em̄ accepi pm doctri
nas vestras. etiā vsq̄ ad nouissimū mortis suspi
rium/ spem haberi debere. Certissime em̄ tenete
et credite me a vobis nō discessurā: etiā totiens
quotiens repulsam. donec a vobis aliq̄d elemo
syne p mea pauptate sustentanda pcepero. Nō
si languere aut male perire cogar b̄ coz̄ vestris
oculis feciaz vestris aduoluta pedibus clamās
ac vestrū implorans auxiliū. Posset ne hoc ve
stra benignitas admittere. vestra clemētia & hu
manitas? estimo vtiq̄ q̄ nō. Cōmemorate vos
gloriosi sancti nō ad vestrā verecūdiā loquor sz
ad meā ingentē necessitatē. cōmemorate inq̄ q̄
meas ptes aliq̄n gessistis. Cum quippe nūc i eo
carcere in eo exilio in ea pauptatis regione. vbi
dū fuistis voluistis vtiq̄ libent̄ aliunde iuuari.

aliunde confortari. Id ergo et vos nūc mihi facite qđ tūc vobis fieri desiderabitis. Illā distribuite mihi gratiā que ex gratia vobis prīdē donata est. Nō si alter vestrū mihi improperet ⁊ dicat me longe plꝰ fedatā ⁊ pfundatā in sceno peccati q̄z fuerint illi gloriosi sancti. fateor profecto ita esse. Sed vñ hoc eis? Nō nisi ex gratia indultū est Ex eadē quippe massa peccati mecū extitere. pni ad malū ab adolescentia sua. nisi supabundanti misēcōia dei fuissent p̄seruati aut liberati. Et exinde magis obligant ad gratiā impētē dam vt illā eo liberalius distribuant quo largiꝰ et copiosius acceperunt.

VOs quidē estis in summa pspitate i honore atq; felicitate. Non inuidens loq̄r imo veraciter hic plurimū gaudeo. Qz quid factura est illa vestra sozor misera. degens hic deorsum in tanta miseria et tanta necessitate Nire durū esset cor vestruz atq; innaturale nimiū/si illā perire sineritꝭ aut a canibus infernalibus quibus vndiq; vallata est deuorari. p̄sertim cū occurrere valeatis. ⁊ ad vos exclamo et extendo manus. lacrimis vndiq; pfusa vestruz petens auxiliū. Non peto vestrā gloriā aut vestras diuitias. Eripite me a morte. et mihi satꝭ ē Quod si vestram sozorem hec vos deprecantē repulleritis. quā queso audietis aut cui alteri benefacietis?

Ꝑ VEni meam miseriam ⁊ pauptatē nō dignabimini respicere. saltē obedietꝭ deo summo vestro regi atq; impatori. Is fecit ⁊ instituit vos in suos elemosynarios. quibus incumbit indigentibus necessaria imptiri. Speci aliter te virgo gloriosa instituit thesaurariā gratie. matrez misēcōie. nutricem orphanoz. desolatorum p̄solatricē aduocatā et cōsultricē. Ad te igit confugio. te reqro p istoz officiorū vtutes ne mihi deficias in hac districta necessitate. Imptire mihi de thesauro gratie. nutri cōforta ⁊ cōsule. etsi non ppter me cū sim indigua omni munere gratie. tñ ppter te et ppter tibi cōmissuz officium legitime p̄m institutionē summi regis exercendum.

Adhuc dico vob̄ o gloriosi sancti dei omnes. q̄ apud me est signetū summi regis ad elemosynā vestram pcipiendū. Cognoscitis haud dubie signetū hoc. nō em ignoratis/ quoniā sine speciali dei instinctu/nec possem nec scirem ad vos ptingere p requirendis vestris elemosynis. Nōne ergo veniens p signeto/a vob̄ audiri debeo et vestrā alimoniam pcipere? Infallaciter et me deus ad vos mittit. quos nouit hmōi elemosynis abundare. Ne igit me coegeritis ad ipm reuerti ⁊ de vestra repulsa querelā exponē. Loquor vt p̄sumens/fateor. sed necessitas mea pte ex vna et diuia benignitas ex alia me transmittunt ad vos/et hunc ausum sic loq̄ndi prebent. qm̄ vt verū canit puerbiū. Nō vñs concedit nō iure familia denegabit. Liberalis dominus liberales habebit seruitores. Sed forsan mihi dicet aliquis. Cū deus (vt asseris) tibi velit elemosynā impendi/ab illo petes. p seipsum em̄ si volet tibi qđ petis largiet? At ego respondeo Que gratia queso sanctis esset hūda si nullo suo medio mihi de? p seipm̄ subueniret. Qua insup ratione gratiaꝝ elemosynas ad sup effluētez/mensuram accepissent sancti/si non in de ceteris indigentibus essent distributuli? Ita q̄z hec dei voluntas est/vt suos veneremur sanctos. illos depcantes et requirentes/illiq; nobis succurrant suas nobis donantes et impetientes gratias. Talem quidē decet dominū/tales habere elemosynarios. qui videlicet querelas verecundoz paupez audiant/qui sine medio p̄cipem adire nō audent.

RUrsus quero. ppter quid me repellis? Si ppter peccata mea que aduersū me clamant atq; obijciunt. heu queso dabitis vos potius audientiā fidēq; et fauorem his cruentissimis aduersarijs/nō modo meis veruz etiā et vestris quos miromodo exosos habetis est et factura dei vestri summi p̄incipis? Exclamant fateor et strepitū magnū vestris auribꝰ in gerunt adūsarij isti. s. peccata mea. meq; sibi obligatam asserunt/cum illa cōmiserim sintq; opera mea. Silete. silete. infideles aduersarij vos reprobo ⁊ abnego p vos em̄ qz nimiuz decepta sum peniteo. Decepta sum/nō de medietate insti p̄recij. sed in toto. Iterū igit atq; iterū doleo vos fugio et maledico. iustūq; belluz aduersus vos indico. In quo vtiq; bello mihi dñt esse auxilio oēs q̄ ptem dei fouēt. eiq; fideliter subiecti sunt et ad fidelitatē tenent.

QUid queso gloriosi milites dei aliud facere valeo dicite mihi. Si temerarie aliquid opata sum. si in aliquo excessi. heu non in vno tm̄ imo in mille millefies. nō aliō mihi est remediū/q̄ sine fictione penitere atq; i posterū p̄cauere et ppone id pfecq; quod nouero vestro simul et meo impatori displicere. Hoc ātem faciendo/mihi vtiq; esse debetis consortio. cum id fiat in honorē illius quē tam singulariter diligitis atq; honorastis et id vtiq; conuenienter facere poteritis. Sed me obijcitis q minus debito hos persequoz aduersarios/imo sepius pdi trix existo cum illis rursus palciscendo et tractando. illosq; humaniter recipiendo amando atq; honorando. Ad hoc pfecto quid dicam ignoro Cessent omnes allegationes mee. ignominia rubor et confusio irruunt sup faciem meā. In hoc me fateor conuictā esse et dignā omni oppobrio Hic itaq; nil aliud respondeo. nisi q̄ misericordiam peto. Misericordiam in q̄z et indulgentiā

am.gratiã ⁊ veniã.hoc satis sit vobisq; ℔ rñsuz sufficiat. Si centies a pugna fugio et centies reuertar. vester iubet impator ne repellar. Veruz hec est ꝓncipalis mee petitionis cã/vt vestro ꝑsidio fic munita sim ⁊ talẽ in me suscipiã animũ/vt amodo nõ reuertar ad illi⁹ mei aduersarij se/pe dicti.s.peccati maledictũ cõsortiuz.q;q; suis insidijs ꝓmissis et cautelis/amplius me nõ deti neat.aut vi ãcũq; supet. Nõ vtiq; a debili egro est de me triumphũ sumere. ꝓna sum ad decepationẽ. Hec est mea miseria.et qđ pl⁹ ẽ nõ ea dilidium.imo in hoc sum somnolenta deses ⁊ inata et ꝓstrata vltra vires exigetis. Facile fateor gentia qua deberẽ/vestrũ peto et expecto subsi-ſtãterpello gratiã et ꝓsidiũ posco vt ex nunc sim robustior magisq; solicita ex toto corde ad vos meis aggrestib⁹ ⁊ aduersitatib⁹ recurrere.

Quãne op⁹ est (o glorioſi sancti dei) vestras diuitias vestrã gloriã in aliquo diminui dũ mihi succurritis. Nihil a vob peto ꝓter verbũ. ⁊vt ꝓ me apud deũ qđ⁹ oportuna saluti mihi ꝓueniãt dignas ꝑces dirigatis Nõ arbitror tã angustã esse vestram charitatẽ/ vestramq; largitatẽ. vt hoc mihi denegetis. In copabilis quippe est modica illa charitas (si vt modica in me sit) ardenti illi fornaci vestri amoris. Et ũ nemo adeo mihi censeꝯ alienus etiam si iudeus vt gentilis imo si patris aut matris oc gloriosi corde sincero ꝓ se aut ꝓ aliũ ꝓ se preses ad dominũ ꝓ me fieri instanter requirenti/nõ libenti animo aquiescerem. Quo igit pacto ꝓ me apud deũ nõ intercedetis cũ sim christiana ⁊ vestra sorore in fide et vos ad id faciendum instantius interpellem. ꝑsertim cũ vos in nullo offendo talis ac tanta sit vra dilectio tãq; ampla largitas et extensa/presumi nõ põt vt q; tam humiliter ac decẽter peto.mihi recusetis. Quod si fe-ceritis/bene mihi vtiq; erit/qm certa suz q; apd deũ infallaciter impetrabitis quicqđ ꝓ me petieritis. Cur em vellet ipe me vos deꝑcari vestrã oratiõnẽ ad meã instãtiã sicut iucensum diri/gi in cõspectu suo. nisi vos duceret audiendos? Nunq; vobis talẽ afferret ꝓfusionẽ. vt vos vacuos a se repelleret. Que etiã esset illa vestra felicitas si nõ repleꝯ desideriũ vestrum in omnibus que expostulatis.

Audebo presumã amplius et dicã. q; deus ꝓphos vestrũ ⁊ ꝓ vestrã doctrinã mãdatum refugiũ mihi dedit/vt ad ipm ⁊ ad vos sit me igitur hoc ꝑcepit deus et sub hac fiducia vos interpello. quo mõ credi poterit q; vnũ iubeat ⁊ alteruz faciat. atq; ita mihi nõ succurratis? Jubet quipe ꝓ vosipos vt sp sit spes mea in suã bonitatem.et ita vtiq; est.in tãtũ vt etiã si me occidere voluerit/nihilominus sperabo in ipm. nõ igitur ob aliud vult me ponere spem in suũ auxilium/nisi quia vult suum et vestrum auxiliuz petẽti assistere. Quod si mihi quis dixerit hoc intelligendũ esse dummodo bona ⁊ sancta sit hec spes mea et nihil contra mandata eius admise/ro. Heu me hoc est ꝑcipuũ. ꝓpter qđ bonũ arbitror ponere in domino deo spẽ meã. ⁊ eius innixi auxilio vt videlz suo munere mihi sit ꝓseuerãtia in obseruantia mandatoz suoz ⁊ tandem in extremis inueniar in gratia sua.et in suo seruitõ Et si nõ ꝯcedeꝯ hec mihi gratia intuitu ꝑcũ mearum/saltẽ concedeꝯ ꝓpter diuinũ mandatuz q; stimulor ad petendum.

Considero insup q; si vestrũ ãlibet/vnl⁹ diei indultũ seu rmissionẽ impetrauerit magnis abũdabo diuitijs. Minime ãt difficile est ita impetrare imo longe plusq; petere ꝓsumerem qm et si magna recipe nõ meruj/vestra tñ largitas exposcit vt magã mihi tribuãtur.sed et mea ingens necessitas ꝑsidiũ magnuz eflagitat nõ alibi q; apud vos inueniendum

Quod si quis dixerit hanc elemosynã bonis opibus et legitimis ad vos obsequijs esse mihi ꝯsequendam. Rñdeo q; iam esset elemosyna qdammodo vendita nõ donata. cuius tñ etiaz id modicũ honoris qđ vos interpellans meq; ſbij ciens et humilians vobis impendo quodã iure postulat vt quadã vicissitudine mihi succurratl atq; ita nõ inuanũ spem meã atq; refugiũ in vobis posuerim. Fateor quidẽ me nõ condignũ ad vos habere honorẽ ⁊ amorẽ/sed debilis sum viribus et facultatibus inops De modico autẽ modicũ grate susciptẽdũ est. Itaq; dũ ero locupletior in donis spiritualibus.abũdantiꝰ ⁊ opulentiori corde vos honorabo vos amabo. Dico insup q; noui ꝑsonas aliquas absq; litteris/etate etiã iuuenes. quarũ ꝙuersatio ab vtero fuit in campis.que nihilominus ex vehementi affectu largiendi alijs dum sibi nihil donandũ ad esse viderent/voluerunt id vasculũ in quo sepeliri debuerant in elemosynã ꝙuerti/secq; nudas in terrã ꝓiici et exponi vermibus.fuit hoc nobile testamentũ. Quod si vna parua scintilla caritatis.tantuz opus hic deorsum valuit efficere tantamq; suscitare flammã exterius ad subuentionẽ alterius. qđ queso esse debebit apd vestrã abũdãtissimã ardẽtissimãq; charitatẽ circa nos paupes.qualẽ emittet ille ignis flammam.quale insup opus demonstrabit? Conuerto ꝓtea rea considerationem mentis ad illã vestrã charitatem atq; largitatẽ quã dũ hac mortali vita fũgebamini/erga paupes habuistis.vñ magnum certissimũq; ausum concipio ad vos interpellãdum.sperans vtiq; mihi venire desup auxiliũ.

Cum indubie nō diminuta sit per gloriā vestra charitas. imo inestimabiliter aucta et perfecta. Et si eñ vobis desit miseria: misericordia tamē adest. cum illi sitis ꝓpinquissime iuncti/cui pro prium est parcere misereri. Non sufficeret tē pus nec lingua aut intelligētia illa numerare pi etatis opera que vobis vestra suasit charitas er ga paupes exercere. Que eñ egritudo miseria/ aut paupertas inuasit homines/cui mox nō esse tis presidio/sanando succurrendo. famen sitim algorē patiendo vt alios pasceretis et reficeret. Alter vestrū seipm in seruū venundauit vt filiū pauperis vidue de manibus hostiū liberaret. Alter se mortis periculo commisit vt hinc aliuz eriperet. Alter diuisit vestem qua indutus erat hyeme profunda vt aliū nudū hinc tegeret Alij nec metu mortis imminentis a pietate sepultu re mortuorum aut visitatione captiuoꝝ retrahi potuerunt. Alij tanto gratie priuilegio donati sunt vt etiam vita functi de suis corpibus oleuz ministrent sanandis egritudinibus opportunuz Hec autē que loquor non nisi corporalibus ōfe ctibus subleuandis deseruiunt. quos reuera in compabiliter superāt anime spirituales indigē tie ac necessitates. tanto illis periculosiores/qn to corpori mortali preeminet anima immortalis et mors eterna magis timenda est qꝫ tēporalis t trasitoria. Cū igit nihil vestre charitati iā deper ierit/imo multum accreuerit ꝓfectionis/quāto magis nunc qꝫ tūc succurretis. Succurretis inqꝫ mihi vos instantius in tanta necessitate req/ rēti. presertim cū de his mea sit ad vos obsecra tio. que longe plus diuinū honorem ac vestram laudem concernunt/qꝫ quelibet corpoꝝ subuen tio Et vere ita est q etiam in carne viuentes maiorem longe charitatē ad salutem aliorum de monstrastis qꝫ lingua sufficiat exprimere. Nec etiam quālibet acerbissimā penā aut mortis qō cunqꝫ horrendum genus phorruistis/ dū in me dijs tormentis/constanter verbū fidei salutaris predicabatis. ad illuminandū eos q̄ in tenebris idolatrie sedebant ad dirigendū pedes eorum in viam pacis. Heu glorioſissimi sancti. iā nec vos mori oportet nec huiusmodi ꝑsecutores et torm ta perpeti. ad mihi auxiliū ferendū. ad me sanā dum. ad me illuminandū. ad me deniqꝫ dirigen dum p tramitē virtutū. nec aliud circa hoc peto nisi vt tm̄modo senserit vel dominū oraverit vt ita fiat quemadmodū fieri desidero. et tē absq dubio fiet. siquidē nihil vobis denegandum arbitror a patre misericordiaꝝ. Mala quidem sum fateor et vicijs vndiqꝫ irretita. id eñ heu ni mis experior. Sed deo protegente/nō vos ꝑse/ cuta sum. non vos morti tradidi et nihilominus etiā p his qui vos ꝑsequebant etiā in medijs tor mentis dū adhuc essetis hic supstites orare con sueuistis. quanto magis nunc ab his ꝑsecutori bus immunes/ p me nihil horū conscia deprecā ri curabitis. Condonate mihi obsecro nimium forsan presumenti et magna exaltanti. Meritō eñ mihi inqꝫ vos humiliter ac deuote deprecā ti. aderitis adiutores atqꝫ oratores qui iaz tuti in gloria residetis/cū etiam vestra recusantibus ac spernētibus presidia: voscꝫ atrociter insequn tibus/voluistis adesse ꝓpicij.

Loquitur anima inimicis eam in desperationem inducere volētibus

Recedite a me recedite inimici. nec vo bis silentiū indicite. Dicitis enim qꝫ frustra sanctos implore frustra leuo in eos oculos meos quoniaz de numero sum reprobozuz eter no dei iudicio/dampnationi obnoxia. atqꝫ ob id sancti dei omnes/ diuinā super hoc voluntatez cognoscentes/nullius momenti me reputant/et meas preces aure surda suscipiunt. O mēdaces atqꝫ infideles hostes. quis vos super hoc certio res fecit? Certa quidē est hec de vobis sententia qm̄ irreuocabiliter damnationi traditi est. Cir ca me certe nō ita est. qm̄ si me damnare de? vo luisset/iā dudū id facere potuisset. siquidē id du dū demerui. nisi misericordia ei? preueniss. mi sericordie mihi suo munere hoc tā vehemēs ad esset penitēdi desiderū. suū qꝫ patrocinū medi is sanctoꝝ suoꝝ intercessionibus implorandi. Scio profecto quicquid voz hostes iniqui dixe ritis. me nunc in ea adhuc vita subsistere in qua mihi facultas est meā deo ꝓpicio salutē opera ri. Nec id mihi dubito futuꝝ si i toto corde seru tata fuero mandata eius. Scio insup id me suo munere et suoꝝ sanctoꝝ presidijs hoc posse ad implere. Finite igitur hostes nequissimi am plius ita me ad desperationē prosequi quia mini me prevalebitis Et quod amplius est/quic quid in futuꝝ circa me facere disposuerit. sua el sum. qua p suo vti potest libito. instituit nihilo/ minus quādiu gratia tempus t facultas ad hoc aderunt/ipsuz diligere optimū qꝫ iustissimuz iudicare quod vosipsi oēs inimici vestra i ma lo impediente obstinatione/minime facere vale tis. in quo vtiqꝫ vestri status deterioꝛ erat con ditio. cū ille vobis odio sit cui ꝓpriū est esse sum mū bonū. illūqꝫ iniustū ac crudelissimū censeat quē constat esse iustissimū ac pijssimū. Absit igi tur vt vobis similis fiā. Cur eñ salui fieri ñ va letis nisi quia indulgentiā postulare non vultis Non itaqꝫ sic faciā/imo incessanter indulgentiā petā et requirā. Ipse etiā mihi mandatū dedit/ vt spem in suo reponā auxilio. quod minime fa ceret si me statuisset condēnare Cur queso mihi bone voluntatis preberet initiū/ cui cōplemētū dare non vellet? Cur me ad meditationē sui/in-

super et ad sui cultus desiderium commoneret. si nō id me semper vsq; in finē vellet esse facturā. Idcirco. Scitote fallaces inimici/illi potius q̄ vobis fidem adhibebo. nec ab inuocatōe sui patrocinij vllatenus deficiaz. Discedite itaq; hinc a mala vestra hora huc veneritis ⁊ ad vestrā cōfusionē. me sinite mee orationi dare finē. Nec ei a aspectu sanctoz quibus assisto nūc abibo/donec signo aliq̄ certo mihi innotuerit me fore exaudita. Quod vtiq; signū nō aliunde certiꝰ medū arbitroz/q̄ si in pfunda humilitate/meos defectus meamq; pauptatē recognoscā. et ex toto corde/illis intercedentibꝰ in domio habuero fiduciā. Quod si millesies me seduxeritis ac deceperitis/millesies resurgam. qz mihi semp adrit aperta gratie porta. Illos in despationē adducite. qui diuinā bonitatē ignorant ⁊ sanctoz potentiā vel etiā qui eos exorare vel negligunt vel contemnūt. Frustrati quipe estis fauēte domino/vestra intentiōe circa me. nec opus est vt mihi mea peccata ꝓmemoretis/inferentes hinc me celestibus ꝓmijs esse penitus indignū. Id et eni scio. Sed scio. q; pius ille meus pater iesus christus/meū debitū soluit ⁊ mea oia quotienscunq; mihi displicuerint deleuit peccata. mihi q; suo pretiosissimo sanguine/celeste regnum luēdo crifecit ⁊ emit. ⁊ hoc titulo ⁊ nullo alio/possessio huiꝰ regni prestoloz sicut ⁊ olim ab illo glorio so beato Bernardo in sua visione responsuz accepistis.

Adhuc loquitur anima inimicis volentibus eā in desperationē inducere. ⁊ respondit eis.

Quid dicitis adhuc fallaces atq; infideles hostes. Dicitis hanc meā spez temeritatē quandā esse ac presumptionē. quoniā non est hō viuens super terrā quantūcunq; etiā grauis peccatoz. qui nō se confidat saluandū. Sed plurima eoz̄ restant questultus nō excogitat. Dicitis insup multos vos in me cernere defectꝰ/quos minime discerno. meq; obseruatis vsq; in finē cū me sic inuadeatq; circūuenire ꝓponitis vt parū mihi pdesse possit hec spes mea/quā presumptuosaz temeritatē apellatis. cū illius regis legē minime obseruem. vnde spero auxiliū. Nec pfecto per hunc modū me deijcietis a spe bona. O nequaz ac desperati. Non quidē dico mihi hanc adesse fiduciā vt absq; obseruantia diuine legis saluari presumā. Esset hec indubie non spes sed ad pr̄ presumptuosa temeritas. Huiusmodi sunt q̄ pr̄es qui sine penitentia ⁊ correctione male vite/deū eos saluaturū arbitrantur. dicentes nō ideo eos deū fecisse vt condēnet. Absit vt sic spez meā instituā quinimo sume cupis in melius reformari et legē totā adimplere. sine qua ipossibile eē scio me saluari. Ad id autē faciendū mihi confido ꝓfici vires a dño. et suoz sanctorū suffragijs.

Et cuius tā ignoreē an sim in gratia vel nō aut si in ea permanebo. spero nihilominus q; deus tandē meas illuminabit tenebras ad diiudicandū illos in me defectus. quibus forsan ad pr̄sens a gra dei suz aliena. Idq; ipsuz quotidie deprecoz. vt sic de tenebris meis lumen faciat splendescere. q; inimicis tandē dicere nō incūbat. Nos eā prostrauimus. nos eā superauimus. Ipsum insuper instantius exoro/vt me instruat quo pacto legitima seu integra confessione vel quōlibz aliter/a peccatis quibus forsan ignorans suz irretita/liberari valeā. Et quidē videtis qualiter ego frequenter meipsaz preparo. vt sciaz q̄d responsura sim in illa extrema hora mortis/quā dominus suz a corpe migratura. et ad id sciendū sūme anhelo. Si igitur hec vobis mea responsio videlicet q; celestiū bonoz retributionez peto sub titulo et in spe mei glorioſi redēptoris iesu christi qui mihi ius in illis vendicauit. et ob id suā mihi imptiri misericordiaz precoz. qua in primis a peccatis meis ex mera sua gratia. suā auertat faciē et oīs meas deleat iniquitates ⁊ exinde me faciat sue legis factricē ⁊ mandatoz eiꝰ. Scitis ne hic quicq̄ dicere? Quid ad hec respondebitis o vos inimici imortales. qui vestris fraudibus male me deterrere satagitis? quid vobis amplius restat replicandū? Si deus p me. quis contra me? Quis me accusabit quis me condēnabit? Non vos profecto tortores. nisi quanta vobis pmissa est diuinitus habentes potestatē. Discedite igit cū oīi vestra confusione et ignominia. Reuertar ad vos/ glorioſos celestis curie sanctos. ex quo his respondi ꝓditoribus inimicis/ qui precipue in cōspectu vestro/mihi continuas parant insidias me quo ad possūt impedientes atq; impugnantes. Non pfecto vos in hoc venerantur. Nunquid nō ero dū vestris asto cōspectib⁹. vestra autoritate protecta? Nūcius etiā in medijs hostibus tutus erit. nunc aūt hos cernitis pfidos hostes. ad meā que vob velut nuncia dirigit dirimendā laceraq; orationē niti. meq; deoziuz de paradiso velle precipitare. Omni igit iure illos odio habebitis nec eos audietis aduersus me seu aduersus meā deuotam orationē vociferantes. vos inq; hoc videtes ac conspicientes. Etsi non alia subesset vobis causa mihi miserendi pauperi vestre sozori/iā diutius vos deprecanti q; illoz̄ spretus rōnabilis. ⁊ gaudij subtractio. quod vtiq; me vos repellentes. eis afferretis. poteritis nihilominus ⁊ debebitis meo videre. me exaudire. ac replere mee indigentie saccum. ab vbertate elemosynaruz vestrarū vt sic cū gaudio ⁊ profectu ad patris mei celestis honorē et ad vestrā laudē ⁊ gloriā insup et inimicoz vestroz̄ confusionē. reuertar a vobis exaudita.

Oratio pro alijs viuis et mortuis/super hoc

verbo. Orate p̄ nuicē vt saluemini.

Ecto q̄ ego adeo p̄dita sim ac deiecta vt p̄ me nullā elemosynā valeam aut debeā meo questu impetrare. supplico saltē ne mea miseria fiat nocumēto ceteris pauperibus magni hospitalis hui⁹ mūdi ac carceris purgatorij. quos questuo ꝛ p̄ quibus interpello. Satis quipe imo nimis magna est mea p̄ me miseria absq̄ hoc q̄ ceteris sim detrimento. sed et ceteri satis abūdeq̄ sua torquētur inopia absq̄ hoc q̄ mea eis infesta fit. dū mihi iam ex officio incūbit hmōi p̄ eis questū facere/aut quia p̄ eos ad hoc sum deputata. aut req̄sita. aut rogata. aut q̄ ob id aliqua recepi tēporalia. aut q̄ mihi sanguine iuncti sunt. aut quia dū eis vires supetunt/simile mihi beneficiū impendunt. Vererer p̄fecto p̄ his spirituales elemosynas nō postulare p̄m eoꝝ indigentias q̄ multū certe sunt miserabiles. Et haud dubie/ñ poterit elemosyna illic inutiliter accedere. q̄ et/si nō huic saltem alteri q̄ueniet Non est paupertas. infirmitas molestia vel afflictio que non inueniat in hoc hospitali atq̄ in p̄fato carcere durissimo. Quidā nāq̄ ardentissima febre luxurie correpti/adeo vehemēt cruciāt/vt nec ad momentū/resīdere aut quiescere possint. Alij auaricie idropisi turgentes indesinenter sitiunt. Alij torpoꝛis ꝛ acedie putrescūt lepra. Alij velut canes furiosi. iurgijs ac detractionib⁹ p̄strepunt. Alios porcina defedat crapula Illos ira vindicandiq̄ feruoꝛ insanire facit. Hos inanis gloria tumescere. Alios absq̄ intermissione torquet inuidia. ita vt nec alterius p̄spera patienter cernere sinat. Habet hic aures impias. Ille cecos habet oculos. Ceteris coꝛ grauiter laboꝛat. Pluri mis nec vnū membrū validuꝫ est. Sunt q̄ p̄ malam famam vndiq̄ fetidi sunt. Et vt breui p̄mone/multa que ad plenū exprimi nō possunt āplectamur/nemo est qui nō alicui subiaceat indigētie aut miserie. hic quidē plus. ille autē minus. Quantū vero ad eos qui carceri purgatorij mācipati sunt/res ipsa patula est. pena seipam manifestat. Sunt nihilominus hi/deo ac sue familie dilecti/ post breue tempoꝛis interuallum filij regis in gloria coꝛonādi. ac pinde merito eis elemosyna impendenda est. Et cū p̄ seipis mendicare nequeant. Ego paupcula in ceteris ex compassione moueoꝛ et impelloꝛ vt iā dixi p̄ eis mēdicare/ctīā si nihil hinc sim comodi perceptura offero igit saccum mee mendicitatis vobis opulentissimis elemosynarijs. imponatis larga munera huiusmodi infirmis ac captiuis erogāda ac distribuenda. vbi tam euidēs inuenta est necessitas. Est p̄fecto paupertas non ficta. nec em̄ est paupertas alia. que paupertati peccati vale at compari. Plures quidā vestrū ⁊ gloriosissimi sancti dei experimento didicerunt q̄ nunc dico. ne igitur me vacuā remiseritis a conspectu vestro. que tā iusto titulo et in tanta necessitate/ vos interpellare compellor.

Oratio ad dominum iesum christuꝫ ⁊ ad gloriosam virginem.

O Certa spes ac finale refugiū animarū ⁊ iesu christe redēptoꝛ noster. et tu virgo sua mater glorioſissima. Et si ego paupercula/apud ceteros oms̄ sctos elemosyna gr̄e fraudarer. repulsam q̄ ab illis oī bus paterer. cōsiderem nihilomin⁹ adhuc in excellenti supabundantia/ vestre dulcedinis/misericordie atq̄ largitatis vestre bonitatis immense. In vobis siquidē duobus ⁊ p̄ vos celebratū est atq̄ p̄fectū nostre redēptiōis op⁹. datiq̄ est ac specialiter ex officio deputati ad ferendū opē miseris et reconciliandū peccatoꝛes/ q̄ si vtiq̄ nō fuissent/nec tu dñe ihu x̄pe humanitatem suscepisses. nec tu dña gloriosa. fuisses effecta mat̄ dī Hic sane reperio/meū quidē carne fratrem/meum esse deū ac meū iudicē. Insup et meā soꝛoꝛē optimā illi⁹ quidē iudicis matrē meā consp̄icio factā aduocatā ac p̄tectricez. In his diues sū cū in meipsa sim pauperrima. Apud hos queli bet necessaria mihi atq̄ opoꝛtuna copiose repe rire valeo. qui vtiq̄ nihil vtile. ac salutare mihi denegabunt. Non egrediēt profecto extra poꝛtam mee memorie. si nō p̄ius partē sue dulcedinis ac bonitatis gustauero At ego quidez inter hec duo tā tuta p̄sidia collocata quo pacto deficiam. cur nō sperabo? Cur diffidā? p̄sertim si non ab eis abiero. si nō mea ignauia/eoꝛuꝫ feceꝛo longe a me auxiliuꝫ? Et hoc vtiq̄ est p̄o quo nunc instanter vos deprecoꝛ vos exoꝛo. vos in q̄ talem matrē talemq̄ filiū. qui me talibus tan q̄ solidis bone spei vinculis vobis iungi conne ctiq̄ voluistis/ vt vestra protegente gratia nun q̄ a vobis valeā separari. si tñ in nouissimo suspiꝛio moꝛtis in hac spe et gratia reperta fuero.

Alia oratio ad dominū iesum christum ⁊ gloriosam virginem.

O De inconsultaꝫ desidē atq̄ infelicē qua temeritate frequenter ab illa mei patris iesu x̄pi. ac mee matris tuta p tectione. me subtrahere audeo? Cur euagoꝛ p amaras voluptates. et periculosos ri uos magni hui⁹ mundi maris? Quid alibi tam studiose perquiro/quod longe abundantius tutiusq̄ hic paratum inuenio. diuitias. honoꝛes. sapientiam voluptatē? Cur nō expauesco. ne dum es moꝛtis in eo statu me p̄occupet. in quo meo destituta p̄sidio. vadam p̄ceps in p̄funduꝫ in ferni vbi nulla est redēptio? Cur recuso. cur negligo. in eoꝝ societate per sanctam meditatiōez versari/quoꝝ solo p̄sidio constat omne bonum adipisci. malaq̄ vniuersa posse vitari? ma gna quipe est hec ingratitudo. magna insug in-

ertia. imo verius horrenda quedaz miseria. hoc mihi semper dum venire voluero paratũ refugium auxiliumq; nõ recognoscere. Verũ O dulcissime pater iesu christe/ac benignissima mater virgo Maria ouis illa sum. que sepe nimis errans perdita est. Sum et illa fatuella desidiosa errabunda filia. que nõ nisi tracta ⁊ coacta vult ꝑ vias rectas incedere. Assumite igitur illi⁹ manum et tenete. nec eã suo dereliqueritis regimini. qm̃ sic cito iret in ꝑditionẽ.

¶ Hic loquit̃ anima in tribulatione existens ad sui ꝯsolationẽ et patientiã. plurimos tribulationis fructus sibi commemorans.

O Optime venerit mea gratiosa domina tribulatio et cum gaudio ⁊ affectu bono suscepta sit. Meus quidez pater optimus/te misit ad me non dubito. Te ergo equissimo iure benigne letant̃q; debeo suscipere et non indecenter tractare aut repellere ꝑ impatientiã/tibi aut iniuriã irrogando aut aduersus te improbe murmurando. ¶ Erraui fateor. venis ad me/iustã penã acceptura. Insipiens sum ac ignara. venis me instructura. Deturpata sum ac fedata. ad decorandũ ac mũdandum me aduenis. In deuiũ ꝓpero: accedis ad dirigendũ. Mortem eternã demerui. ad liberãdum me festinas. Grauibus oppressa sum debitis releuare me pretendis. Elongaui me a facie patris mei Iesu christi. ad me illi denuo ad proximandũ reconciliandũq; huc ꝓfecta es. Cum his qui me oderunt. et occidere querunt. inij cõsortium. hinc me venis eripere. Nunc pene excecata sum et surda. nimiumq; mollis ⁊ lassa ĩ omnibus membris meis facta. venisti salutẽ ac robur largitura. ¶ Fiat igit̃ in me ac de me ad plenum ſm institutũ vestri beneplaciti iuxta mãdatum et commissionẽ optimi patris mei Gratias ago illi millesimas qui nõ vt ego illũ frequenter ita me neglexit. qui me nolens ꝑdere. ꝑ te me velut filiam dilectã visitat. que nec digna suz ad suam gratiã vocari. que potius mortẽ merui q̃ aliam quãlibet disciplinã et potius horrendaz gehennam q̃ paternã ac mansuetã correptionem. ¶ Verũ te vnũ deprecor (o mea venerãda dña) vt ea circa me cõmissione quã a deo/non quã ab hoste suscepisti/fungaris. Quodq; tuã ꝓ mẽsura mee fragilitatis mitiges disciplinã. nõ me supra q̃ ferre valebo grauius affligens. Quo nõ obstante volo vt nec clamor nec gemitus nec actus nec signuz quodlibet in me displicentie aut amaritudinis aut indignationis/te retrahant q̃ minus dulcissimi mei patris iussionẽ/ d̃ me ⁊ super me/q̃tum sufficit impleas. Longe enim melius me nouit q̃d mihi expediat. fiat itaq; vt instituit et sua non mea voluntas impleat̃. Quantũcunq; mihi grauis extiterit dolor etiã si ferra si ignes si verbera. si vulnera disposuerit/fiat voluntas eius. tm̃modo non me in suam suscipiat filiam. mihiq; sociã faciã tuã sororem patientiaz sine qua vtiq; nimiũ dura es et minus accepta. Ita si fiat mihi/ profecto satis erit nec aliã erga me peto clementiaz. nimiũ sane dura nimiumq; dira mihi foret illa clementia/que me ad breuissimi temporis morã/sustineret huius seculi abuti voluptatibus atq; in stercore meo volutari ac putrescere/donec in momento infernalibus canibns traderer deuoranda. illic moritura sine fine. Longe fiat a me talis clementia talisq; misericordia Tibi igitur magistra optima parere recusem. tuã equanimiter ferens disciplinã/ tuã ꝑcussionẽ. tuã quãtũlibet durã correctionẽ. Tolerare quippe oꝑtet mala pñtia vt potiora tandẽ obtineant̃ Nã et pater meus ihs xp̃s. ab hoc seculo nõ migrauit absq; dura ad modũ pena. sed nec eius mater dulcissima. Que ergo sum vt hic immunis eua dã? nõ est hoc ꝓfecto postulandũ ¶ O veneranda magistra et domina dicito si libuerit ac denuncia patri meo. in quãta nũc afflictione detenta sum. quã penã ac pressuram sustineo. quatenus sue misereat̃ pauperi filie fragili atq; imbecilli. plene angustiarũ et tormentoruz ploratuũ ⁊ gemituũ. Quodq; ꝓpter suã bonitatem immensam in his tormentis mihi miscdiaz impendat. reperiens in me bonũ aliqd̃ qd̃ remuneret. Vides nempe ꝓpter vehementiam doloris. nec conuenienter orare nec ad deũ meũ mẽtem meam dirigere posse. ¶ Sed et vos piissimi curatores curie patris mei prefati. et presertim tu benignissima mr̃ miscdie dic sepe dicto patri meo iam satis esse. postula mihi pacem et reconciliationẽ. vt tui honoris ac precũ tuarũ intuitu consolationẽ aliquã experiar atq; alleuiationez ab his quib⁹ nunc premor flagellis. sicut de his pueris qui scolasticis incumbunt disciplinis fieri solutuz est. Exhibete mihi ad instar illius pie matris. que suã filiã eripit de manib⁹ patris eã verberantis. O neq̃ inimici vereor ne in meis verberibus rideatis eo modo quo de his in solẽtibus pueris rideri solet. q̃ ꝓ suis petulantijs in scholis verberãtur dicẽdo ne peꝑceritis qm̃ bñ meruerunt. O pctm̃ ve tibi. qꝛ me tormẽtis huiusmodi tradidisti. Infelix illa hore q̃ me ad patris mei offensam induxisti. Inicio quippe mihi vultũ ostendebas hilarem teq; placitũ ac humanũ mihi simulabas. sed heu grauiter nimis tua cauda pungitiua est ac amara Quõ igit̃ tibi amplius fidẽ dabo? Cur te nõ toto conatu detestabor? Nunq̃ ita ad me reuerti valeas nunq̃ mihi te videre consensum sit.

¶ Adhuc loquitur anima tribulationi congratulando ei.

O Tribulatio si per hec flagella tuta sim ac ab illa morte horrenda seuissimaq; facta immunis. si per hec ius

hereditatis paterne qđ tã ꝑdidederã recupero et qđ longe melius est. si ꝑ hec ad gratiã mei patris reuertor. atq; hinc mea ꝙualescant ꝓmia. ꝓfecto mihi optime est. Conabor tñ ampliꝰ/huiuscemodi facimus/nullatenus admittere. ignorans certe. An vice altera mecũ tã misericordit agerẽ vt nũc actũ est. ¶O magistra tribulatio Exquo mihi mundanas subtrahis ꝙsolotiões ac societates/nec mihi possibile absq; aliqua cõsolatione viuere. Concede mihi vel alterã aliq; consolationẽ ad supportandũ tuas afflictiões atq; tormenta Fac me illius dulcedinis participẽ quã ẽm ꝓphe ꝙbũ deus fuat et abscõdit his q timent et diligunt eũ. ꝑ quã dulcedinẽ beatꝰ ste phanus/suos nihil estimabat lapidatores. beata agatha ad carcerem tanq; ad nuptias ꝓperabat. apli in verberibus exultabant. sctũs paulus dicebat se libenter gloriari in infirmitatibus suis. et ita fuit de alijs quibuslibet sanctis ¶O quid dico ego insipiens et incõsulta. quid dico? Cur amplius velim meũ querere solatiũ? Hec est em̃ gloria dei. vt iusticia eius impleat qđ vti q; fit dũ tribulatõnẽ ac tristiciã patior. ꝑ prauis ac ignominiosis voluptatibus/quibus ꝓter dei nutũ ac mandatũ/frequenter fruitus fuz. Decẽtius itaq; est ac rationabiliꝰ vt dei voluntas impleatur/me verberans et corrigẽs. q; de mea vanitate cõsolationez accipiam. In hoc itaq; mea sit consolatio. vt pater meus mihi pacatꝰ sit/atq; in me pacẽ et iusticiã se osculari faciat te mediante magistra mea tribulatione. Per te insup illi similis facta sum/qui repletus est dolore ⁊ angustia in sua benedicta passione. ¶Debent itaq; hi et plurimi alij ꝓfectus quos adducis sufficere ad ꝙgratulationẽ tue pñtie. longanimiter expectando illud excellentissimũ regni celestis premiũ ad quod ꝓ te intrandũ est. Nondũ qui/dem tempus est ꝓceptionis premij huius. Premium siquidẽ labor antecedet. nõ laborẽ ꝑmiuz Fiat itaq; voluntas tua.

¶Meditatio anime ad recognoscendũ dei bñficia. et ad se excitandum. ad gratias reddendas deo.

Placeat tibi dñe deus omnipotens ⁊ pater glorioſe. placeat tibi vt ea cognoscam et cõmemorẽ bona. que mihi quotidie tribuis. Ingratitudo em̃ atq; inconsideratio beneficiorꝫ. tibi summe displicent. optimoq; iure nobis quidẽ vis tuorꝫ bonorum vtilitatẽ afferri. tibi aũt honorem ⁊ gloriã. Ita igit̃ sit dñe. pserua me ab illa tam reprehensibili ambitionẽ qua tuã volui furari gloriã. illaz q; mihi ascribẽ. Hoc em̃ faciẽs. dũ gloriã q i tuã cedit sortẽ mihi vellẽ tollere atq; vsurpare. iusta vicissitudine vtilitatẽ oẽm q in meã ptẽ accede/ret amitterẽ. Lucifer ille de altissimis cadẽs ad ima. mihi exemplo est ne ita ꝑsumã. sit̃ et super bus ille phariseus Heu misera qđ habere valeo qđ ex te nõ accipiã. Cur igit̃ hinc mei ꝑam glorificabo? Cur hinc honorari desiderabo? Cur ceteros quibus hmõi dona nõ assũt/ꝓtemnã? Fuer dñe hunc a me stultã ac temerariã arroganti am. Sit itaq; tua gl̃ia tota tua. ¶Sed ad tua me ꝙuerto bñficia atq; in primis hec natura cõsidero. vbi animaduerto q; si celũ tale/solẽ talem ac lunã ac tale vniuersum quale est hoc in quo nũc posita sum/ꝓpter me solã ac meũ amorẽ institu/isses in stuporẽ ducerẽt omnis creatura hoc audiens atq; diceret. hec est illa a deo precipue dilecta/ꝓpt̃ quã tã magna ac ꝑciosa dona ista creauit. Constat nihilominus/q; etiaz in hoc casu/mallem alioꝫ quozumlibet mihi adest cõsortiuz q; in solitudine relinqui. nec etiaz si in mea foret optione vellem alios homines aliasq; bestias ⁊ aues huic mundo deesse. In eoq; non viuere/eo q; mecũ nõ vti. dũ illoꝫ carentia mihi nulli esset ꝓfectui. qm̃ absq; consortio minus iocũda min grata est cuiuslibet boni possessio. Unde me tibi hinc magis obstrictã concipio q; sic mei hoc mundo statuisti. q; si mihi soli illũ deseruire fecisses. Apparet igit̃ quantũ me dilexeris/talem mihi mundũ tribuens ac meo deputans vsui.

¶Insup si euentu aliquo/ratiõe atq; intelligẽtia ꝓsus essem destituta. et hec in me tã ꝑciosa nature dona/suffragio medicine aut alio quolibet mõ. quis in integrũ reperaret. Nonne hinc me felicem multũ reputarem necnõ et illi q; hoc mihi impendisset bñficiũ/me cẽserem vehementer obligatã Et tñ longe preclarioꝫ ac melioꝫ est mea conditõ. dũ hec tuo dono suscepta integra ꝑseruo q; si dep̃dita aliũde recupo. ¶Idẽ õ ceteris omibus mei corpis membris sentio Et generaliter de omnibus in me bonis ex dono creatõnis acceptis ¶At ꝙo gratie dona lõge his maiora sũt hac potiora. q; quis ea que numeraui. natura dona/mereant abundant̃ tibi gr̃as reddi. te a nobis diligi. te a nob honorari hoc tibi reddendo qđ tuũ est. Non q; bonoꝫ nostrorũ egeas. sed qz sic fieri voluisti ⁊ dispouisti. ad nostrã vtilitatẽ. ⁊ ad tuã gloriã. Sup hec tñ omnia mihi tales supaddidisti gratias vt te possim habere in patrem singularẽ/et tanq; legitima filia toti⁹ tue hereditatis fieri ꝑticeps atq; in tua gloria glorioſe regnare penniter. ¶Sed et postq; ꝓparens hanc suo demerito ꝑdidit hereditatem. Tu illã mihi p lauacrũ regenerationis restituisti. meq; voluisti õ tua fieri singulari familia in lege tua christiana. Quẽ dñe domine opa mea aut merita. vt mihi post sic perditã hereditatez hoc taz singulare tamq; excellẽs munus largiri volueris. ad illius denuo perceptionem miseri corditer me reuocans pre ceteris illis omnibus qui veram fidem non habent. tui ac tue veritatis noticia charentes/ et sine baptismo ab hoc

seculo decedentes. Est pfecto hec vna singularis ⁊ mera gratia vñ tibi soli merito gloria donanda est. Hic versat opus mee redemptiõis in quo longe plusq̃ in mea creatione laborasti. dũ vsq̃ ad mortis acerbissime sufferentiã militasti. O qualem gratiã. O qualẽ dilectionẽ. p meipsa exhorrescerẽ qđ p me deus meus pati digna tus est. Si tuã in terris puersationẽ commemorare velim. a tpe conceptionis incipiens vsq̃ ad horã ascensionis in celum. nihil preter eui dentia incomperabilis dilectionis ac supmira/bilis dignationis signa repiaz erga me indignã atq̃ miserabilẽ. Ait postq̃ resuscitata suz per gratiã regeneratiõis baptismalis/heu quotiẽs iterato gladio peccati me morti reddidi obnoxi am. Quotiens te meũ patrem ac benefactorem offendi. te meũ supremũ iudicẽ. qui me in momẽto potes in pfundũ inferni precipitare. sicut pre cipitasti luciferũ et angelos eius in tanta pfecti one institutos. sicut et plurimos alios peccato/res quibus nõ dedisti spaciũ aut animũ penitẽdi. aut veniaz pcipiendi. sed eos irremediabiliter condemnasti. hic quidẽ in crimine deprehẽdes/et mox horribili patibulo infernali tradens su/spendendos. Dirum quipe est si aliud quicq̃ facere valuero/q̃ tibi regratiari/ q̃ tibi seruire/ q̃ te honorare. Ait ego nõnunq̃ te offendere au deo. male tuis vtendis donis/ et quod omnẽ su perat offensam/inde tibi etiã aliquando bellum mouendo. Sed et sup hec vt mihi sp cura mor/ bigata sit. pnĩe salutare tribuisti sacramentum Et ad me tibi reconciliandũ ac veniam impe trandum/tuos sanctos pro me fieri oratores vo luisti. ⁊ ad eos esse recurrendũ. quod vtiq̃ ẽ mirande delectionis signũ. dum illos tuos amicos pcipuos. p me dignar/ intercessores fieri q̃ mozem merui millesies. et pcipue illã tuam gloriosissimã matrem/meam instituis aduocatã ac mediatricem. et quod amplius est mihi precipis vt in te ac tuũ presidiũ spem meã atq̃ fiduciã totaz reponã/ Vere inexcogitabil' est hec gratia quã mihi prestas/istaq̃ dilectio quaz mihi insinuas talis ac tantus dominus. tali miserabili. talis iu der. tali peccatrici. Talis maiestas. tali vilitati talis felicitas. tali infelicitati. Quid de illa di ca splendida atq̃ opulẽta/scripture sacre mẽ/sa. in qua me suauiter reficis. vbi ppiciaz ⁊ salu brem aduersus omnem morbũ inuenio medici/nam vbi tota est dulcedo ⁊ p mea consolatione suauissimus sapor. Nec silentio pretereunda ẽ preciosa illa tuoz angeloz custodia/ mihi tua dignatione impensa/ad me dirigendũ et condu cendum in via hac tenebrosa squalẽticq̃ deserto ad mihi consulendum et auxiliandũ in necessita tibus meis ad me potenter ptegendum contra terribiles illos ac seuos canes infernales ne me deuorent aut suis circũueniant fraudibus ac puersa subtilitate qua pleni admodum extant.

Quo modo igitur illis resisterem ego sola ignorãs atq̃ infirma. nisi illius tue prefate custodie adesset presidium? Certe nequaq̃ possem. Vbe mum quis ore proferre poterit aut corde cogitare. magnam illam tuam gratiam. qua ad perceptionem sanctissime eucharistie me dignaris admittere. vbi tua corporalis adest presentia/ vbi assunt/et ministrantes angeli. vbi deuotarũ mẽtium potentissimum inuenitur nutrimentũ. vbi tua passio amantissima commemoratur. vbi denicq̃ patri omnipotenti deo nostre redemptiõis ac purificationis offertur sacrificium. Heu pa ter mi dulcissime heu benefactor singular/. heu inq̃ atq̃ millesies. Heu mihi tue miserabili creature que pro his donis immensis pro his gratie excellentissimis muneribus/dietim tibi ima/lum pro bono rependo. pro gratia ingratitudinem. pro honore conuiciuz. pro beneficio nullũ seruitium imo maleficium. Video⁹ mihi profecto omnem creaturam ad vsum meum tua bonitate creatam/oculis meis atq̃ auribus ingeri legitimo iure contra me insurgentẽ. ac de me cũ clamore valido damnationis vltionem expetẽtez. Condemnetur exclamant hec maligna atq̃ insensata. que sic nobis male abutit'. que aduersus creatorem suum et nostrum/ nos suis cogit obsequi temerarijs ac turpibus voluptatibus. que nos totali malicie sue submittit. que sine medio/soli deo seruire debem⁹. atq̃ in persona ei⁹ bona operando eum laudare atq̃ magnificare. Abijciatur ergo hec maliuola ab omni alia creatura. et impugnetur velut omnium nostrum inimica. et proditrix nostri summi regis atq̃ imperatoris. Insup rationem meã atq̃ intelligentiam conuerti ad vanitatem aut curiositatem. Aut etiam hinc male meo corpe velut bestia vsa sum. Constitui magistrũ et patrem meuz malignũ illum hostem humane salutis. cum tamen tua clemẽtia. tua essem in baptismo facta filia et discipula. omnia que in baptismo pmiserã transgressa sum. Tuã cõuersationem in terr/ Tuã salutarẽ passionem minime commemo/raui. aut per deuotã compassionem honoraui. Sacramentũ etiã fructuose penitentie. duxi ridiculo. dũ mox post petitionẽ veie. reuersa sũ ad vomitũ. Scis etiam pater mi celestis q̃ p uum honorẽ cultũ aut reuerentiã tuis sctis atq̃ angelis impenderim. ⁊ presertim fidelibus illis meis/custodibus. In frequentatiõe mẽse scripture sacre desidiosa fui. aut curiosa nimis. inanem magis querens gloriã. q̃ in virtute pfectũ. Postremo dum mihi commemoro illã meaz indignitatem indeuotionem/ erga sanctissimuz eucharistie sacramentum/ penitus/contremisco Et merito erubesco/ et expauesco timens nei n hac tam preciosa refectiõe frequenter vt iudas

versata sim. aut sicut preproperē comedēs. aut sicut is qui venit ad nuptias nō hñs vestem nuptialez. i. charitatē. Nec hic habeo q̄d rñdeā nisi q̄ nūc de ꝟ quātū valeo etsi nō q̄ntū debeo. doleo. indeq̄ magnā atq̄ abhominabilem confusionē intra me pateor et sustineo. Sū itaq̄ mi hiſpi intolerabilis. si nō aliter vitā correxerim. si nō aliter ad te amandū ad te colēdū/me impēderi. cuius id scio. q̄ ex me nihil valeo. nihil scio Est itaq̄ spes mea finaleq̄ refugiū in te solū vt id bonū quod cepisti i me pficias et cōsumes vs/q̄ in finē. insup et malū quod in me dñat/magis sp ac magis expurges et diluas. Parū siquidē prodesset imo mihi grauiter obesset omne bonū mihi a te cōcessum/si nō p te fuerit a malorū in/cursibus indefinenter custoditū ac protectū. Insuper et mihi tuipe donaueris p gloriā quod ad p sens in spe indulges et promittis.

Meditatō quedā ani me cū se perpendit in tpali psperitate et spirituali simul. reddendo gratias deo.

O Excellētissima atq̄ ineffabilis dei bonitas. O pater misēdie et totius cōsolationis. quib⁹ meritis data sunt mihi hec bona que peccatrix suscipio? Cur mihi bonū p malo redditū est. gratia p ingratitudine. p dedecore gloria? In te dñe. in te surgit spūs me⁹. et oīa que intra me sūt. te bñdicunt et magnificant. Tu eñ meas deles iniq̄tates/tu oēs infirmitates meas sanas. tu me libas a morte. tu me circūdas miserōia et miserationibus Tu reples in bonis desideriū meū. tu renouas vt aquile iuuentutē meā. tu me dimittis in pace mentis et corpis. In labore et sudore alterius. comedo panem. qm̄ mihi tribuis. qō alij magnis nacti sunt laboribus. nūc estū nūc frig⁹ passi mari terraq̄ in medijs piculis puagantes Tu mihi tras et possessiones populi largiris vt diligentius ac liberi⁹ mediter in mandatis tuis et legē tuā exquirā. Principes ac nobiles/suos corpos piculis me sp i pace custodiūt vt sine timore ō manu inimicoz liberata/tibi seruiā. in sctitate et iusticia oib⁹ dieb⁹ vite mee. Justū igitur est/vt et ego pte ex altera/te p oib⁹ alijs deꝑcer. a q̄bus tua bona. ad me pueniūt. teq̄ p illis laudem. te obseruē. te honorē. psertim q̄ nō satis frequenter ad hoc valent intendere. Laborant quidē p me iuxta sui officij exigentiā. Rationabile igit̄ est vt ego nō obdormiā aut pigrescam in his exercendis. quib⁹ sū deputata. ꝟ sane mutua charitas postulat vt inuicem bñfaciamus. Tanū te potissimū pcor dñe. vt hec mihi a te indulta pspitas et securitas/insup et tibi seruiendi libera licentia/nō meo veniat detrimēto ne sit hec psperitas/mihi loco pmij finalis. Ne queso/in hoc mundo mihi mea merces tribuat. Fateor quipe me etiā bonis pñtib⁹ indignam. Sed largissime dñe p beneplacito tue volūtatis potes me/in tuo seruitio cū his prospis legitime instituere. qm̄ adhuc longe meliora. ac sublimiora pmittis et tribuis tibi seruientibus vitā. s. illam beatā atq̄ sempiternā. Tu pfecto meā cogscis fragilitatē/sciens me illā esse imbecillā atq̄ infirmā filiaz que velut delicata ac tenera infantula/vtiq̄ magnas nō posset ferre molestias attq̄ ideo sibi plus ceteris et supra sua merita pcis Veniet tps in quo virtutibus amplius roborata/et ab vberib⁹ nō libens auulsa potero forsan tutius experiri et pbare duriciem aduersitatis ac solido cibo tribulationis vesci.

Sequitur alia medi=

tatio anime/discessum suū a corpe rememoratis ad tunc habendū aliqō auxilium et ad se excitādū ad sctm̄ pauorē. Et ptinet plures pticulas.

Quis erit mihi queso fidus amic⁹. q̄s mihi fidelit̄ aderit in extrema mea necessitate. in illa districta hora sepationis a meo corpe. q̄s tūc mihi erit auxilio? Quis me libera tūc loqueret aut rñdebit p me? Quis me libera bit dū vocata fuero in tremendo iudicio summi iudicis. qñ me circumdabūt vndiq̄ inimici mei multifarie accusantes. ac secū in gehennā trahere satagentes. qñ testimoniū ꝓtra me dicet ꝓpria/insup et opa mea? Tūc ne/mūdus aut amici carnis mihi venient presidio? Non profecto imo me sinēt tre quo potero. Aderit ne et corpus cuitā studiose intendi? Certe minime. siquidem tūc iacebit putrefactū in terra. eritq̄ vermium cibus. Assistet ne vel q̄liscūq̄ cōsolatio/prea me delectabilit̄ suscepta? Reuera nō. imo duz ad corpis portas aut priores ꝓsuetas voluptates ad meā ꝓsolatiōez regredi voluero. inueniā oc'os aures linguā tactū et cetera vndiq̄ membra vbi mihi voluptas adesse solita fuit/clausa et serrata. fortissima atq̄ horribilissima sera mozsi. Tūc igit̄ q̄d facturus sum ego misera q̄ diuertaz quā aliā ꝓsolatōz/aliūde q̄ a corpe veniētē. si nō antea mihi aliquē cōpauero amicū a q̄ alit̄ ꝓfortata subsistā. Tadā pfecto intra me prius delolata. in laqueum desperationis. et infra me in interitū eterne dānationis.

rea dic alteros modos ℭ ℳagr̄ ‖ Unus est dū
spūs efficit in actu suo ad sīlitudinem fulguris
chorusc̄tis aut emicātis scintille solū in quodā
trāsitu repētino. non in tali valēs ꝓsistere clari-
tate. Sic plato (quem sequit̄ Aug⁹) dixisse fert̄
de cognitione nr̄a circa deū vel diuina/ per ho-
mines a sensibilib⁹ se conantes abstrahere. So-
nat ad hoc sīlitudo animaliū, ezechielis. de q̄b⁹
dicit̄ q̄ ibant ℨ non reuertebant̄. Subditur ta-
men q̄ ibant ℨ reuertebant̄. non q̄dem absolute
loquendo ne videatur cōtradictio. sed addit̄ in
similitudinē fulguris chorusc̄ti. que chorusca-
tio ad matricē suam regredi videt̄. q̄uis ꝑsistat
in seipa. Trahitur insup ad hoc/ verbū Job de
deo. q̄ abscondit lumen in manib⁹. ostendens il
lud q̄ñ vult. Loquit̄ ad hoc ꝓpositū frequēter
Aug⁹ satagens exurgere ad cognitionē diuino-
rū. Sz subito resorbeor inq̄t dū quicq̄ emicare
cernit̄ in intelligētia vel affectu. Apud aliq̄s ve
ro trāsitus iste repentinus quādoq̄ fit paruissi-
mus ℌm plus ℨ minus. ℳagnuz vero magnū
valde. si vel hora dimidia sit in celo silentiū duz
hic viuimus. Hoc autem magnum senserat ℨ ex
periebat̄ quasi quotidie beata que dixit. Fecit
mihi magna qui potēs est ℭ Biscipul⁹ ℣ Istō n
pie credi potest. Sed vtrū solo dei miraculo vl̄
illapsu sanctispirit⁹ intimo. fiat tanta diuisio spi
ritus ℨ anime. aut si quādoq̄ naturaliter eueni-
at/ per vehemens studiū meditationis circa di-
uina. ℨ exercitij per virtutes more philosophāti-
um. qui soli tali via nitebant̄: ℣ ℳagr̄ ℭ Nō
arbitreris hoc possibile. Alioq̄n negas xp̄m eē
hostiū: quo venit̄ ad deuz. Sic diuin⁹ Dionysi
us posuit hāc theologiā eē mysticā. solis ꝓpriā
christianis. ꝓtest nihilomin⁹ auxilio esse tam
angelica visitatio. q̄ hūana exercitatio: cuz cor
poris apta dispositione ℨ complexiōe. ℣ Bisci
pulus. ℣ Dicis auxilia tria. vnum ꝑ angelum.
aliud ꝑ exercitiū. aliud ꝑ corpus bonuz. Dicas
de quolibet breue verbum ℭ ℳagister ‖ In
cipiam ab vltimo. Omnis itaq̄ cognitio nostra
q̄tumcunq̄ fiat per spiritū/ naturali via sine re-
uelationis imediato miraculo. capit a sensibus
initium. ꝑ quos/ fantasmata veniūt ad animaz
fantasiantē de quib⁹ dicit philosophus. ℨ theo
logi cōsentiunt. q̄ necesse est quēcunq̄ intelligē
tem/ fantasmata speculari. Hec sunt ad spirituz
sicut color ad visum. Hinc fit per irradiationē i-
tellectus agētis. quem nō aliud opinor q̄ spiri-
tum/ aput lumine vultus dei signato super se/ na
turaliter p̄ditus est. Fit inquā actuatio fantas-
matum. quatinus in possibilem intellectuz se p̄-
sentent. ℨ possibilis intellect⁹ ex ipis fantasma-
tibus eliciat incorporeas species itelligibiles et
imateriales. ꝑ quas itelligat sine sensu ℨ corpe.
non vt sublecto. quia semp reseruat. sed vt orga
no spirituali. Exempluz dat̄ de luce. que requi-
ritur vt color videatur. tam ꝑ colorib⁹ vt actuē
tur ℨ fiat ex ipis ℨ lumine/ vnū /in ratiōe motiui
Requiritur insuper ad illuminationē medij ꝑ-
spicui. Supplet autem officium lucis exterioris

ipm lumen intrinsecum ⁊ naturale quibusdam oculis. quod i cattis ⁊ lupis ⁊ aliquibus hominibus videre est. qui nocturnis vident in tenebris ¶ Discipulus ℣ Apparet discredi nec idonea dicere rei nostre. ¶ Magister. ℣ Ostendā mox idoneitatem. Itaq; si necesse sit cognitionē spiritus/etiam ab anima diuisi sue cognitionis initium sumere per inspectionē fantasmatū/ ꝺ cōsequentius q̄ iuxta variam fantasmatuz presentationez/fiat in spiritu cognitio? Hoc est fiat clara ⁊ serena cognitio spiritualis/si talia presentantur fantasmata serena clara ordinata quoq; et impturbata. Quo cōtra contraij euenient cognoscendi defectus. Capis hec? ¶ Discipulus Capio ⁊ quotidiano probamus experimento. ¶ Magister ¶ Vides pinde iuuari spiritus cognitionem per omne illud quod efficit serenationem fantasmatū circa rem que intelligenda ē pcipue spiritualem ⁊ diuinam. ¶ Discipulus Video dum tamē serenitas illa/non officiat aliunde. per cōuersionem intellectus simul et affectus ad libidinosam cōcupiscentiam terrenorū. ¶ Magister ¶ Hoc excipis sapienter ⁊ solerter. quia non omnis habens clara ⁊ ordinata fātasmata/conuertit ptinus illa/ad solam diuinoruz cōquisitionem meditandaz seu cōtemplandam. Atuero suponamus amodo loqui nos de contemplatiuis. qui quidem sunt sed nōnulli tamē accipiunt pinde duplex illud quod pretactuz ē auxilium. Unum desup per angelicam operationem ppriam. absq; nouo miraculo. Aliud per ppriaz intrinsecus exercitationem in ꝟtutibus moderatiuis passionū necnō in scientijs illustratiuis vel causatiuis pulchrarū meditationū/per speculationem fantasmatum. ℣ Discipulus Explica modos. ¶ Magister. ¶ Scis quēadmodum fit receptio ⁊ dispositio fantasmatū ꝑm dispositionez spiritus animalis: qui radicaliter a corde pueniens ad cerebrum fit animalis: per depurationē ⁊ actionem in cerebro. Qui spirit? dum solum mouet humores in corpore/dicit̄ naturalis. dum autez implet cerebrum/bene dispositum/dicitur animalis cognitiuus et motiuus. Discipulus. ℣ Sciuntur hec ex philosophia? ¶ Magister ¶ Sciuntur fateor sed ista repetere breuiter ⁊ suponere necesse fuit ad tue explicationem questionis. ¶ Discipulus ℣ Placet. vltra perge. ℣ ¶ Magister. ¶ Expeditur iste spūs animalis. vt aptum sit instrumentum cognitionis et motus/vno modo. dum remouetur illud quod impedit ⁊ turbat obscurat vel opilat ipm Alio modo. si positiue iuuetur/vt clarus sit serenus ⁊ tranquillus ¶ Discipulus. ℣ Jam concessi quotidianum super hoc esse testimoniū experientie cuius hocvnicum sufficeret exempluz Aristotilis/positum de vini actione. qō excessiue sumptum turbat ad insaniaz. moderate vero bibitum/confert ad cognitionem ℣ Magister p Collige ptin? ex his quo medio potest angelus iuuare fantasiam. vt spiritui sua presentet fātasmata clara ⁊ serena. Adiuuatur simul industria diligens/moraliuz ⁊ virtuosorum. de carbone. Et dicamus si sit in eodem cerebro/ pars vna fātastice ꝟtutis similiter ⁊ imaginatiue ac estimatiue/que sit actuata spiritu animali lucido ⁊ sereno ⁊ claro. habeatq; similia fantasmata/que nata sunt ducere in cognitionem diuinorū/per abstractionem intellectus agentis. tunc spiritus intellectualis seu mētalis/poterit erigere se ad cōtemplationem diuinorū. presertim si fuerit habituatus diu frequēterq; per fortem talium meditationem. pīsupposito semp auxilio patris luminum. a quo est omnis sapientia et omne donum perfectuz. Si vero fuerit altera pars obscurior spiritus animalis sicut apparet possibile. tunc illic apparebunt turbulentioza fantasmata ac pinde videbitur sibi rationalis spiritus velut i mōte cuius apex lucidus est ⁊ radix obscura. Dilatatur exemplum ex diuersissima (que reperitur quotidie circa nubes interpositas) solis radiatione respectu sensualis oculi. Habes hic modo similitudinem diuisionis anime ⁊ spiritus. que dicitur fieri/dum illud qō lucidissimuz est/torū apparet superius. quemadmodum non satis est explicabile. nec intelligibile sine proprio interi? experimento. Illud vero qō est deorsum apparet turbulentuz ⁊ obscurum. Sic in transfigura tione domini dicitur q̄ nubes lucida/obumbrauit apostolos/cuius postmoduz aperietur intellectus. Hanc insup diuersitatez. de ignis obscuritate/in accenso fumo. ⁊ de sua serenitate in carbone viuo. fas est speculari ad scintillas exilientes q̄ clarius sed breui? emicāt. Adde chorruscationes in nubibus seu fulgētias. Et ita ꝺ varietatibus qō exemplum secur? Poeti? cecinit. Tūc me discussa. liquerūt nocte tenebre. Luminisq; prior redijt vigor ⁊c. Et iteruz. Nubibus atris condita nullū. fundere possunt. sydera lumē. Et rursus. Heu q̄ precipiti mersa profundo. mens hebet ⁊c ¶ Discipulus ℣ Sentio me. non sine causa ꝓtulisse ꝑmonem super hac diuisiōe spūs ⁊ aie. Quā q̄ nō reperit/potest nihilomin? eam credere reperibilez in deuotis hominib?. Sit ꝺ per illapsum dei miraculosum/⁊ imediatum. sit angelico ministerio. sit proprie ꝟtutis exercitio Consonare video similitudines. ⁊ similitudinibus verba scripture. Domine q̄s habitabit i tabernaculo tuo. Aut quis requiescet in mōte sancto tuo. Ecce pro montis exemplo. Et pro altero. In meditatōe mea exardescet ignis ℣ Magister ¶ Quid si tertium exemplum iungerim? de aqua vasis vl fontis vel maris. quale posuit vnus patrū. Et alludit fabula de narcisso. Virgilius quoq; non siluit postq̄ dixerat. Animuz

telerē huc nūc diuidit illuc. Sicut aque tremulum labris vbi lumē abenis. Sole repercussum aut radiatis imagine lune. Qua peruolitat late loca iamq; sub auras. Erigit sūmiq; ferit laq;ria tecti. Discipul⁹ Narrabat vn⁹ experto rū passoꝝq; diuina. Ego inq̄t nōnūq; sensibiles talē mihi visus sū in cerebro diuisionē. q̄si ps inferior eēt aq; sb obscura cōmotaq; Cupior vero velut aer nitidissimus. serenꝰ ⁊ tranquillꝰ emineret. ⁊ b pulcherrimis oiuꝫ fere pteritaꝫ cognitionum meaꝫ / meditationūq; salubriū simulacrū Nōne erat ista diuisio spūs ⁊ aie? Magister Nō existimo. s ad illā erat dispositio. Actuabatur q̄pe spūs mentalis / p species intelligibiles elicitas vt intelligeret spūalia. Iam auersus a fātasmatibꝰ. Sicut habes duodecimā industriaz p mystica theologia. animū a fātasmatibꝰ auertere. Discipul⁹ Quō fiet istud. cum necesse sit omnem intelligentē fantasmata speculari? Magr Necesse ē pmitus. s forte non assidue. nec ita q̄n adiutrice memoria spūali / cum habiti bus p intelligentie ꝓtinuationē acquisitis. ipse spūs imaterialis. valeat de habitu et memoria se in actu cōtinuare sine ministerio spūs animalis. Hinc estimo Remigiuz descripsisse contemplationem q̄ ē operatio sine motu. ⁊ hoc siue so net contemplatio cognitionez siue amorem. siue delectationem ex vtriscq; ꝓsequentē in subiecto bene disposito ⁊ habituato Nam q̄d est delectatio nisi ꝓiunctio ꝓuenientis cū cōuenienti / percepta ⁊ amata Talis igit opatio causat diuisionē spūs ab aia. qz nihil agit ipa. vt aia nominatur. nunc ad actū spūs. sed vel sopita quodāmodo si let ⁊ tacet. vel si mouet ⁊ sentit. non ꝓturbat neq; deiicit spiritū ab arce ꝓtemplationis. Hec est pax quā deus dat vt non cōturbet cor ipius nec formidet. ⁊ q̄ fm apostolū exuperat omnem sensū modo dicto. Diuiat eni spūs ⁊ si non a vita aīme tñ a sensu vite ei⁹. Simul accipe verba Richardi q̄ posuit in forma autoꝝ de spū et aia. ne videar i tāta re / minus habere fidei tāq; inexpert⁹. Detur ergo fides vel expertis. Diu⁹ ⁊ efficax est fm dei ptingēs vsq; ad diuisionē spūs ⁊ aie. Bz in hac diuisione. aia ⁊ qō anima le est in imo remanet. spūs autez ⁊ qō est spūale euolat ad sūma. ⁊ ab infimis diuidit vt ad summa subleuet. ab aia scinditur vt deo coniungat quoniā qui adheret deo vnus spiritus ē. Felix diuisio ⁊ mirabilis sepatio. vbi qō corpulentuz est / remanet deorsum. qō spirituale ⁊ subtile est vsq; ad speculationē diuine glozie sublimatur. et in eandem imaginationē transformat. Pars inferioꝝ componit ad sūmam pacem ⁊ tranquillitatem / cum pars sublimat superioꝝ ad gloriaz ⁊ iocunditatem Discipulus Magna sunt hec ⁊ in alterum reseruāda tractatū dies crastina expectetur. Nūc autē breuiter absolue. Aut dicitur anima magnificare dominū poti⁹ q̄ ipe spūs. Magister Utrūq; ꝓfecto factum ē. sed specialis ratio fuit i anima. q̄ verbi incarnati spiritali maiestati p̄parauit hospitiū / in carne ꝓsus animali. Rursus quia futuruz erat q̄ hec incarnatio scādalū esset iudeis. et gentibus stultitia. ꝓuenit maria mōstrans nō ex impotētia sed sūma dominatione dominuz carnē susceppisse. Proinde spectat splus exultatio (q̄si extra saltatio) spiritui q̄ anime. simul ⁊ tria coniūxit. Deum p timore casto. Salutare p̄o honore grato. Suo. p amore sūmo. qui sic fuit singularis in maria / quatinus ipsam alliceret vt esset nihilominus cōmunis vt plus ꝓficeret. Postremo spūs marie / p̄ius exultauit / q̄ animalis pars impregnata magnificaret dominū. qō tūc maxime factum fuit dum cōsentiendo ait. Ecce ancilla domini. fiat mihi fm verbum tuum. Nō quia perficiendum fore post elizabeth prophetizante ⁊ benedicēte (quā visitauit) accepit / exurrexit in iubiluz Et ait. Magnificat anima mea dominū Discipul⁹ Et nos magnificemus dominum et exultet spūs noster in deo salutari nostro. Eras reuertemur in idipsum.

Explicit primus tractatus.

Sequitur tractatus

secundus dogmaticus super cantico marie de exultatione spiritus. Et continet notulas. lxxiij

Prima notula sequit.

Exultauit spūs me⁹ i deo salutari meo Discipul⁹ Assum q̄siturus. Utrū beata nra / dū cecinit Magnificat aia mea dñm Et exultauit spūs ⁊ē. fuerit in spū. vel supra spiritū. vel sine spū. vl extra spiritum. Magr Quesitū b quadrimēbre volo si possū ad itelligibiliores termios reducere. p̄e supponēs spiritū b capi p nos / p supiori portione rōnis. q̄ alio modo dicit mens. vel apex mentis. vel intelligentie scintilla que nominat grece synderis. Discipulus Placet acceptio. licz multiplex alia sit. vt etiam dicat ab aliquib⁹ nō parue autoritatis / pars ratiōis inferioꝝ. In glosa. psallam spū psallam et mente. A medicis ꝓpo cōcorditer appellatur vapor iste naturalis et vitalis. effumat⁹ a corde / p corp⁹ ad cerebrum: p̄cipue. illic fact⁹ animalis sensitiu⁹ ⁊ motiu⁹. nō tñ principaliter fm veritatem. sed instrumētaliter p animā que est in homie res eadē cum spū rationali differēs penes officia. put alīs declarasti. Magister Cōcedo tibi singula tue diuisiōis mēbra. q̄ maria frequēter fuit nūc i spū nunc supra spiritū. nūc sine spū seu nō hns spirituz. nūc ex spiritū Discipul⁹ Non ē in me spūs q̄ capiat Magister Nescies an sciens / dum ita loqueris / aperis intellectū. Sciscitor ita q̄ q̄d

intelligis dicēs q̄ non ē in te ſpūs: nunq̄d oro ſe
parat⁹ es a corpe tuo? ¶ Diſcipul⁹ ¶ Qualiť ħ
loq̄ris q̄ me viuere cognoſcis vel ex ꝟbis certe
ppendis. ¶ Magr ¶ Eſt ergo in te ſpūs? ¶ Di
ſcipulus ¶ Nullo pacto id negauerim ¶ Magr
Nunq̄d nō ꝯtradicis ꝓmo dicto nō ē i me ſpūs.
Diſcipul⁹ ¶ Allegas acriter / niſi ꝓtin⁹ addidiſ
ſem q̄ capiat: ¶ Magr ¶ Vigilanter attēdis et
euadis ꝯtradictionē ſi vocē ꝓpriā explicaueris
Diſcipulus ¶ Tu explica vice mea. ¶ Magr
Habet ſpūs duplicē vitā ſic ⁊ aia. qō ex diffin
tione data aie ꝑ philoſophū colligiť. Eſt inq̄t.
Alia act⁹ corpis phiſici organici. vitā habētis in
potētia. ſuplent expoſitores ad vitā ſcdam. que
eſt opatio vite ꝓme. ¶ Vnde ſpūs dr non ſoluz
eſſe vel viuere vel intelligere. qz ſit eſſentialiter
intrinſece formaliter eſſentia vita ⁊ intelligentia
Sz qz ꝓducit ex ſe tales actus vitales / q̄ vita ſe
cūda nominā nedū a philoſophis ſz in vſu vul
gari quo res ois q̄ mouet dr viuax aut viuens.
Mortua ꝟo dū quieſcit. vt aq̄ fontis viua Aq̄
laci mortua. ¶ Tali modo diſtinguunt philoſo
phi cuz theologis triplicē vitā / ꝑm triplicis bo
ni finē / quē opando nitiť q̄s adipiſci iuxta poeti
cam de tribus deabus fictionē. Juno ꝓeſt diui-
tijs vtilib⁹. venus delitijs ⁊ voluptatib⁹. Pal-
las ſciētijs ⁊ artib⁹ honorabilib⁹. Ponit alia di
ſtinctio ꝑm ſpeculationem ⁊ prāxim mixtim ex
vtroq̄ qō ē vita practica. Eſt vita ſpeculatiua.
Eſt vita ſimul actiua ⁊ ꝓtēplatiua. q̄lem habuit
beata noſtra / ꝑm euāgelicū pīntis dici ſue aſſum
ptionis myſteriuz / de ſuſceptione xp̄i ꝑ martha
⁊ mariā. Siq̄dē beata ſuſcepit xp̄m cum officio
duplicis huius ſororis. qz ſolicite miniſtrauit. ⁊
deuote ſedens ſecus pedes audiebat ꝟbū illius
Diſcipul⁹ ¶ Intelligo melius q̄z antea ꝓpriam
vocem dū dixi q̄ non erat in me ſpūs qui cape-
ret. non eni volui me ſimpliciter non habere ſpi-
ritū. ſed operationē ſpūs / explicatiuaz talis my-
ſterij. hoc eſt intelligentiam me habere negaui.
Magiſter ¶ Stet memoriť hec diſtinctio. per-
gam ea deducere q̄ poſui. ¶ Et ꝓmo beata ꝟgo
fuit in ſpiritu. dum opationem ſpūalem habuit
in cognoſcendo plurima que cātabat de magni-
ficentia dei in ſuis opibus vt de creaturaruz ori
gine. magnitudie. multitudine. plenitudie. pul-
chritudine. opatiōe ⁊ ordine ¶ Erat ſecūdo ſu-
pra ſpiritū vel in exceſſu ſpūs. vel in extaſi men
tis. reſpectu illoz quoz non poterat ex ſua vir
tute vel intelligentia ꝓpriam cognitionem acci
pere. Vt q̄d eſſet deus in ſe ⁊ in ſua magnifican-
tia. quid angeli ꝑ omnia. quid felicitas quā nec
oculus vidit. nec auris audiuit. nec i cor homi-
nis aſcendit. Erat tertio ſine ſpiritu. reſpectu il-
lorum quorum nullam ex ſpiritu ſuo poterat ra
tionem attingere. Vt regina ſaba reſpectu ſapi-
entie ſalomōis. Hec alio modo dicitur defectio
ſpūs / viſitato nomine in pſalmis et in canticis.
Sic eni caniť in pſa de ſanctis. Dirant ⁊ deſ
ciunt in eū quē pſpiciūt. Hāc xp̄s notabat cū di
xit. Niſi q̄s abnegauerit ſemetipm / non pōt me-
us eſſe diſcipul⁹. Quia niſi q̄ſq̄ a ſemetipo deſ
ciat (exponit Grego⁹) ad illū q̄ ſupra tpm ē nō
appropinquat. Hanc apoſtol⁹ nominat captiua-
tionē intellectus in obſequiū xp̄i. Sub hoc tro-
po dicunť monachi ſine voluntate. nec hr̄e vel
le vel nolle. Vocať aliq̄n ſtupor vel extaſis con
ſurgens ex admiratiōe vehementi rei cui⁹ cauſa
penit⁹ ignoratur ꝑm Damaſcenū. ¶ Erat q̄rto
maria ſub ſpiritu. dum anime ſue hoc eſt poztio
nis inferioris opationibus intendebat ¶ Diſci
pulus ¶ Eya vero nō eſt mirabilis expoſitio ta
lis. q̄ pueris etiā poſſet inculcari. ¶ Magiſter.
Itaq̄ ſapientia eſt q̄ abſcōdita ꝓduxit in lucē.
ꝑ quam fit doctrina ꝓdentū facilis dum cōfu-
ſa diſcriminat ⁊ diſtinguit. dūq̄ vaga inordina
ta ⁊ obſcura / reſoluit ad pauca ſpicua ¶ Diſci
pulus ¶ Qua ratione fiunt iſta? ¶ Magiſter.
Nimirū ꝑ logicā. q̄ ideo dicit ad oiuz methodo
rum ꝓncipia / viā habēs ¶ Diſcipulus ¶ Quid
agis de logica. quā ſtuduoſi noſtri tpis / vilē ha
bent terminiſtā irridētes eo q̄ oia referat ad ter
minos. Nos inq̄unt rem req̄rim⁹. ad rem imus
q̄d nos dr terminis? ¶ Magiſter ¶ Grauiſſime
rñdet talib⁹ olim ꝓceptor noſter inclitus. ſic fuit
⁊ eſt in plurimis qui ſe gratis inuoluūt cura er-
rorum inextricabilibus modis. quos ſola ſcit et
poteſt logica reſoluere. diffiniēdo diuidēdo ter
minorū deniq̄ cōnotatiōes cū modis ſignifican
di viuaciter exponēdo. Necnō ſophiſmatū pa-
ralogiſationes fantaſticas / detegendo ¶ Diſci
pul⁹ ¶ Sufficeret ergo ſcire logicā ꝑ cognitiōe
metaphiſice totius aut theologie. nec eēt ꝓcru-
tatione pluri opus ¶ Magiſter ¶ Falleris q̄-
niam logica non dat cognitionē ſcientiaz huiuſ
modi. ſed expedit iter. modis certis quo veniť
ad eas. Docet inſup modum explicationis ꝓce-
ptum ſubtilium. circa res ipſas tam diuinas q̄s
naturales. tam i cogitationib⁹ q̄ in affectionib⁹
quem explicare / difficillimuz eſt. imo nec plene
poſſibile / ſi logica cuz grāmatica defuerit. q̄s ad
hoc officium / ſūmi viri metaphiſici ⁊ phiſici rep
pererunt. Ariſtotiles ꝓcipue. ¶ Hāc opinoz eē
cauſam errozis hominū deuotioni ſe dare putā
tium ſiue logica ⁊ metaphiſica. ſint homies. ſint
femine dū neſciunt apud ſe conceptus habitos
(preſertim affectuales) reſoluere ⁊ min⁹ poſſūt
ad extra verbis cōuenientibus exponere. vnde
ſeipos ſophiſticant ⁊ alios vel non inſtruūt vel
decipiunt. expertus centies et cēties loquoz Ec
ce dum audiunt q̄ Marie ſpiritus exultauit in
deo ſalutari ſuo. conantur exultare ſimiliter. fā-
taſiantes multa. nunc amando. nunc timendo.
nunc gaudēdo. qualia dum ſatagūt. aſſidue fūt

apd̄ eos insolita fantasiarū idola siue simulacra que quia nesciūt discernere a veritate rex t ītel ligentia rationis. omnia deputāt ad miraculuz vel ad doctrinā deuotionis excellētem p anago giam t mentis excessuz Potuit i thurelupinis t beghardis t alijs absq; numero. quoruz scpta pluruma. maxime circa feminas. quaz est auidi tas ptinaciox in affectu/q̄uis in ꝓtute t cogniti one q̄ viris longe fragilioz. Inde datuz est epi theton hoc feminis maxime senib⁹. veteres sūt sortene vel sortilege Uenūt in hanc supbiaz cō sequēter. vt viros etiaz theologos/loquēdo scri bendoq; docere p̄sumant. Contemnentes illud apostoli. Mulierē docere non ꝑmitto. Ecce q̄ modesta fuit sapientissima femina. que nō ni si septies/ab euangelistis inuenitur esse locuta. ¶ Discipul⁹ Trāsi materiā hanc/incidēter t nō inutiliter positam. quia de exultatione spūs ma rie. cupio latius inq̄rere. Nam cuz exultatio spi ritus sit q̄daz mentis excessus anagogic⁹ qui fit vt crebrius p amorem. Dic si maria canticacan ticoz Salomonis agnouit. Et si ꝓprium canti cum/iungebat illoruz cōcentui. Siquidem apte idem video⁹ mihi hoc petere. dum legunt i hac solenitate felicis assumptionis sue/talia ¦cātica/ qualia vocasti saltationes vel exultationes spi ritus amantis per amorem tractans illud euan gelicum. Decinim⁹ vobis t nō saltastis ¶ Ma gister Presupponas multa oportet que ibidē posita nouisti. t quedam ad illa adjicia. Sentio tamē necessariā tuam (o beata beatoruz) opitula tionem quam suplex implozo p beatitudinē tu am quā omnes p̄dicant generationes. per illaz gratie plenitudinē/quā inueniſti apud deū. per illam exultationem spūs tui. in deo salutari tuo dicam t nostro. quia nobis datus ē t nobis na tus Ba|magnificare in te. p te. t ꝓpter te animā meā dominū. fac exultare spiritū meum/ in deo salutari tuo t suo. Ba spūaliuz gratiā gaudioz qualis affuit Elizabeth cognate tue. q̄lis t infā ti exultanti in vtero suo/dū aduenies cū festina tione p mōtana/intrasti domū zacharie/et salu tasti elizabeth cū tāta vocis efficacia/ q; repleta est spūsancto exclamauit voce magna. q; affe mor cu magno. Benedicta tu in mulieribus/ t bene dictus fructus ventris tui. Qui fruct⁹ dedit in telligere cum mirando subiunxit. Et vnde mihi hoc vt veniat mater dñi mei ad me. Cuius dñi? Plane illi⁹ cui quia credidisti beata es q̄ pficit ea que dicit. Et cui non ingrata ptinus cecinisti cāticū nouū. canticū canticoz. Magnificat ani ma mea dominū. Et exultauit spūs me⁹ /in deo salutari meo. p anagogicos in deū excessus Be atus siq̄dem vir cuius est auxiliū a te: ascēsiones in corde suo disposuit in valle. Clamans ex sen tētia: cor meū t caro mea. deus cordis mei t ps mea deus ineternū ¶ Discipul⁹ Valeat ista

dep̄catio tua que nos dirigat. me querendo. te respōdendo. Deministi reor/altera collocutio ne te spopōdisse responsuz. si cantica Salomo nis cecinerit aliqñ beata ego/ dū sepius animo voluebat canticū ꝓpriū/ pferens illud in corde suo. An in exultatiōe spūs sui/eructauit cor suū ꝟbum bonū dicens. Osculet me osculo oris sui Magister. ¶ Ita p̄sus existimo. Nimirū ple nissime docta erat ab infantia i lege dñi t pphe tis t psalmis de xp̄o scriptis. Inter q̄ Salomō in exultatione spūs edidit cātica cāticoruz. tanq̄ epithalamiū spōsi et spōse/mutuo federatoruz p amorē/quaz maria ꝓiunctionē modo sentiebat vberi⁹ impletam/dū in ea verbū caro factū ē de us homo. qui teste Johe spōsus ē/habens spon sam ad cui⁹ p̄sentiam t vocē/ipe Johes amic⁹ sponsi gauisus est. t exultauit. etiā nunc iam ex vtero/Qua in re. duc cor sursum. atq; ꝓsidera p anagogiā. Per eam q̄pe cāticacāticoz pandū tur. anime se in deum leuanti p fidē spem t amo rem. Videbis hoc tempore quo maria dicit ex ultasse se q̄druplicem exultationis differentiam iuxta quadruplicē modum spūalis matrimonij anime deuote seu deiformis. cū viro suo deo. vt interim de h̄ solo mr̄imonio fiat ꝓmo. vbi deus spōsus est. t aia sponsa ¶ Discipul⁹ // Placet ista reductio De ceteris q̄pe. doctores abunde locuti sūt in expositiōe canticoz ¶ Magister. Exultant hac hora. Johes. Elisabeth. Jesus. Maria. ꝓspicio cuiuslibet mentē vel animaz. q̄ duo nūc accipio p eode. Considero inquaz deo fuisse cōiuncta matrimonialiter. sed varie. Ma trimoniū anime christi cum deo fuit ab instanti sue creationis/initiatum. ratum t cōsummatuz Illud autem anime marie. nunc erat initiatuz t ratum. non consūmatum. Illud autem Johan nis erat initiatum. sed non omnino ratum. quia posset culpa saltem venialis/copulaz offendere cōiugalem. Illud autrm Elizabeth fuerat q̄dē initiatum. sz non ita ratum. q̄n repudiū posset i cidere ꝓpter fornicationem spiritualem peccati mortalis. Neq; eni ponit in gratie vinculo fuis se confirmata ¶ Discipulus // Dicis insuetam mihi distinctionem. Edissere plenius quid intē dis per eam: ¶ Magister ¶ Uereor t molior ostendere quo pacto cōueniat epithalamiū Sa lomonis/beate Marie/priuilegio singulari. cu ius in desponsatiōe/ nulla fuit par anima. q̄ nec primam nec similem visa ē nec habere sequentē. ad quam anagogia traduceret cāticacanticoruz. Nil ꝓterea dubitādū/ quin creberrima libētiq; iocūditate cantauit ista dum viueret. Et primo de anima filij. scilicet christi videamus. Hec ita q; fuit absq; vlla dubitatione pfectior. sed nūq; talis/cui proprie conueniret hoc epithalamiuz. Didicisti eni si memineris h̄ epithalamiū soluz cōuenire anime p statu vie. dum desponsata est

solum in fide.spe.z charitate. postulas cū omni desiderio complemētū in re z eternitate. ℣ Discipulus. ¶ Gemini id te posuisse in libello de canticoꝝ origine.tertio thomo seu ptitiōe /pncipali. Ubi de anagogicis nuptijs/ multa notata sūt. Nūc animaduerto /nunc̄ fuisse christū ſm mentē seu portionē anime supioꝛem nisi beatuz cuius p inferioꝛi viatoꝛ extiterit.cui portioni nō aptat ppꝛie desponsatio cū deo spōso. ¶ Magister ¶ Animaduertis ppꝛie tamen. qualem habuerit mentalis desponsatio anime Marie differentiā. Similiter attende. z singularē inuenies in qua matrimoniū fuit ante cōfirmationē in patria.semp ratum in via. Volo dicere talit cōfirmatū q̄ nec̄ repudiū p mortalem fornicationem potuit interuenire. nec offensio queuis p originalem aut venialē maculā. ſm duplicem in Elizabet z Johāne nunc inductā conditionem ℣ Discipul⁹ ¶ Eleuatis pie cōsiderationis oculis/intueri videoꝛ Mariā/ſm dicta tua/primā valde nunc fuisse cubiculo sponsi. nec obstitisse ad cōsūmationē matrimonij spūalis /pter veluz vel coꝛtinam enigmatis vie/tegentē cubiculum qđ tūc peruiū non erat ingressui. ¶ Magister Cernis acute.nōne tu vides a silī/q̄to Maria desiderio/ꝓsūmationez in gloria /matrimonij iā inchoati z rati p grām ꝓfirmatam :optabunda quesierit.non q̄dez impudētia quasi meretricia rapiēte virū vltro.sed verecūdia virginali :per insinuationē/formatam reuerentialis pudicicie vbis:petebat qđ optabat/cōmuni voto cū spōso.nec̄ eni tepidioꝛ erat sponsi ad sponsam zel⁹ donec introduceret.eam in domū matris sue. z in cubiculū genitricis sue.omni deinceps ablato velamie qñ facie ad faciē videre sibi dabitur sponsum et vnum fieri cum sponso. Itaq̄ iā nō duo.sed vnus spūs/fedre perpetuo nubentur. ¶ Hinc sunt ille voces amoꝛis interrupte suspiriꝝs. Hinc allocutiones alterne. Hinc mutue collaudatiōes. Hinc cursus z recursus crebꝛi subitiq̄ spōsi saliētis tripātis seu tripudiātis ℣ Audi spōsam. verecūde petentē sponsū. Osculetur me osculo oꝛis sui Trahe me post te. Indica mihi quē diligit aia mea vbi pascas. vbi cubas in meridie. Fascicul⁹ mirrhe dilect⁹ me⁹ mihi. iter vbera mea cōmoꝛabit ¶ Deinde cum pulchꝛitudinem spōse laudasset spōsus. sponsaq̄ ō spōso simile fecisset.Cōsidera q̄ apte vel q̄ verecūde/dedit intelligi/nil restare nisi secretū ingressū cubiculi. Lectulus inquit noster floꝛidus ℣ Iz redeo ad osculuz . Amoꝛ igneus est. lāpades eius lampades ignis atq̄ flāmarū . Propterea nec̄t se in se ꝓtinere/quin assimilationē querat sibi facere.semp inquietus ē quousq̄ pertingat ad intimū rei quam diligit. Vocat inquā diuin⁹ Dionysius vim amoꝛis esse q̄d semp mobile. incessabile.calidū.acutū.feruidū supferuidū. Quid igit estimas/saciet sponsa talib⁹ ad sponsuz succēsa flāmis amoꝛis.nisi q̄ inquirat intimos amplexus suos. vt i illis refrigeriū inuenit tota toti cōiuncta. Expectat tamē pudicicia ꝛginalis/ tps bñplaciti sponsi. diemq̄ statutuz p nuptijs anticipare nō audet. Facit interea qđ sibi fas ē. petit ad solacium.petit ad refrigeriū estuantis. ardoꝛis sui/osculū spōsi/castissima suauitate iocundū. Osculet me inquit osculo oꝛis sui. Vidi raptam vidi exultantem extra se sponsam. Ipa petit osculū nec explicat cui⁹. Cur ita? Reputat eni illud omnes intelligere qđ soluz cogitat. qđ vnicū desiderat.qđ totum coꝛ occupat.sicut illa philocapta de dño. Si tu sustulisti inquit eū dicito mihi ¶ Discipul⁹ ¶ Ædissere rogo.cur nō ꝓtenta fuerit.osculetur me. sed subinfert osculo oꝛis sui. ¶ Magister. ℣ Distinctio vulgata ē. et alias diligētissime deuotissimeq̄ deducta/ de triplici osculo. Hoc quidem pedis. Hoc manus Hoc oꝛis. Hanc triplicē reperies differentiaz in osculo oꝛis p cōditione huius vel illius anime. Osculum q̄pe datur aliquādo in signū recōciliationis. Sic pater euāgelicus videns a longe filium suum venientē/ a regiōe perditionis z egestatis. misericoꝛdia motus occurrit z cadēs super collum eius osculatus est eū. Quādoq̄ vero datur osculuz in signū noui muneris seu benedicti onis. sicut ysaac benedicens filio osculum petit ab eo. Noꝛo dat osculum ad solum amoꝛis nō tam indiciuz q̄ exercitiū . sicut plus pater z pia mater filiū osculat infantulum .sic castissima cōiunx maritū. Cōpetit qđlibet osculuz si tropolo gīa attendis aie viatrici q̄renti deum . z hoc ſm triplicem anime statum. Petit osculum recōciliationis anima.peccatoꝛuz z offense ꝓscientia vt sanet. Exemplo martini. sanantis osculo lepꝛosum. Petit osculuz benedictionis.aia non satis opulenta sed egens munerib⁹ . Petit osculū exercende dilectionis mutue aia.iā in oīb⁹ bñ conscia.nihil req̄rens.nihil intēdens in osculo pter amoꝛē vt amet z amet ¶ Discipul⁹ Nunqđ elicere non vis.solā inter oēs z sup oēs animas viatrices.aiam Marie potitam fuisse tali osculo tertio.dei spōsi sui.dū viueret? Erat siqđē tota semp mūdissima.nūq̄ egēs recōciliatōe.erat gīa plena.sup oēs bñdicta.nō egens nouis munerib⁹ lz augerentur ipa. tamen magis amari/z amare.dilectoq̄ suo frui ꝓprie iā ad statuz patrie/poptabat? ℣ Magister ℣ Recte ꝓiectura z ad singularē nr̄e beate laudē. vez ad beatificationē alteri⁹ cuiuslibet aie. Fas habes obseruare .q̄ pacto sine p̄sūptiōe possit ipa petē q̄ peccatrix osculū spōsi z dicere cum modestia . Osculetur me osculo oꝛis sui. Que cōsideratio dat aperire tanq̄ mystica clauis/parabolicas locutiones cāticoꝝum.ad triplicem statum repertuz in animabus. Quoꝝ primus dicitur incipientiū. Alter

ꝓficientium. Tertius ꝓfectorum. Sed est aliud qꝫ attendas. in osculis castis ⁊ licitis Jhu spōsi unum corꝑale fuit. Aliud sacramentale Terti um figurale. Ecce reductis ad beate Marie tē pora luminib⁹ fidei/conspicio beatam istam ma trem/virgineo fouētem gremio: speciosū forma ꝑ filijs hominū puerū iesum. quem deosculaba tur crebro. recipiens vicissitudinē osculi. cū am plexu tenerrimo a semetipo Q quis mihi det te fratrem meum sugentē vbera matris mee. vt in ueniam te solum foris. ⁊ deosculer te. et iam me nemo despiciat. Felix ꝓsus extitisti. vir ma rie iuste Joseph. cui totiens cōcessa sunt oscula blāda pueri iesu. quē gestare manib⁹. sinu refo uere. brachijs amplecti. pect⁹ dei capax/tuo pe ctori stringere cum omnib⁹ puericie gratissime blādimentis totiens meruisti. Q quotiēs intui tus oculorū beatoꝝ. tibi sponsecꝫ tue letos affla bat honores. Q quotiēs iocūdissima vox. diui nos vobis spirabat amores. Sic oculos. sic ille manus. sic ora ferebat tancꝫ vere cū filio homi nis. filius esset dei Jsta dum dicis. dū optas dum miraris. quare non sacerdotiuꝫ recogitas tum rōne cuius tibi fas est quotidie filio dei et hominis/oscula dare/ipm cernere. ipm gestare. contrectare ꝙ manib⁹. Dicam mirabili⁹. ꝙ nec ipi Joseph cōcessum est. Potes sacramētaliter ipm manducare. qui est panis vite eterne. ꝙ dat vitam mundo. qui mutabit te in se. vt sis ipe in eo ⁊ ipe in te. vt dices cum apostolo. Viuo iam non ego: viuit autē in me christus Discipul⁹ O ego noui quid loqueris. sed hoc ad confusio nem miseri peccatoris. qui ⁊ sumit christū et sa cramentū osculatur ⁊ fruitur osculato per sacra mentalem vnionem. Ue mihi cꝫtum vereor illō imꝓperium frequēter impingi posse mihi qō ? osculo filiuꝫ hois tradis: Magister Ꝓro bibeat a suis suis hoc imꝓperiū deus. faciēs vt dignitatē osculi sacramētalis/semꝑ attendāt eminētiorē esse/cꝫ fuerit ꝓsentie corꝑoralis. ma ꝓime iunctā cibatiōe. Necꝫ enim ꝙ māducasset ꝓticulam carnis christi. vtputa genam vel auri culam. mansisset in christo ⁊ christ⁹ in eo. Sicut nunc fit dum talis adest nobis velat⁹. ⁊ vere de us abscōditus. totus manducat⁹. māducans et nos totos. Felix anima sacerdotuꝫ. felix ⁊ cete rorum christianoꝝ/ꝙ post esum ⁊ potum inebri antis letificantis. ⁊ cōfortantis ꝓclarissimi hui⁹ sacramēti/huius benedicti fructus virginei ꝑt ex sentētia dicere. Sub vmbra illius quē deside rabam sedi. ꝓ otium ꝓtēplatiue quietis. Et fru ctus illius. sit in accipientiū vmbra ministrat⁹. dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā vinariā. ordinauit me charitatē vt nihil pl⁹ama rem. nihil plus desiderarē/cꝫ sūme amabilem ⁊ totum desiderabilē. Fulcite me floꝛib⁹ sanctaꝝ affectionum. stipate me malis ordinatarum affe ctionum seu meditationū. quibus abundat hor tus vester. Q filie hierusalez que est celestis libe ra/mater nostra. Q beatificate anime. qꝛ amore langueo. quia vulnerata sū charitate. Et hinc ē iste pallor meus/hinc ista nigredo qꝛ iusticie sol cōbussit me. vulnerauit me. decolorauit me. fer uide dilectiōis amore seu ardore. Angeli quoꝫ cōciues vestri. custodes ciuitatis hierusalē ami ci sponsi. filij matris mee. que est gratuita boni tas diuinitatis pugnauerūt cōtra me. ꝫ pugna felicissima que carnalia desideria trucidat. ꝓ fuerūt me custodē in vineis sanctaruꝫ operatio num. Vineā quoꝫ meā non ego tam custodiui cꝫ ipi ō mandato sponsi. Hec inquā verba in ter suspiria cudit spōsa. vtputa tota sobrie ebria tota feliciter charitate vulnerata. quā cadentez ⁊ spasmataz/zelotes sponsus. iter brachia susce pit sua. leuat caput leua. a leuādo dicta Hec spō sa/cuius sobrie temulata/ad ꝓsentiam sponsi re spirat. ⁊ suspirabūda trahit de imo pectoris vo cem. Leua eius sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabit me. Discipulus Jam siste ob secro. vides ne. quo te ꝓtrahit estus cum sermo tuus erat de osculo. Dic si qd habeas amplius qō afferas Magister. Plane multū. tam in bonis bonū. cꝫ in malis malū. Ue ve carni et sanguini Quis offerre sermo pudicus auderet? Quid enī nequius cꝫ qō excogitauit caro ⁊ san guis? Discipul⁹ Ne ꝓcor adamatoria can tica admisce vel satiram ⁊ tragediaz/mordaces vel comediā lubricaz vel sordētes eglogas. sola nob anagogia/diuinos cātet amores Magi ster Bones ꝓbe. ꝙ quiuio vetas induci nu ptiali funereas tubas tracheree. atꝫ sulphure as amoris infausti tedas icēdi/phorresci Ꝫ ꝙd tāgis de oscula figurali dū vel crucē. vt ima gines. aut reliqas sctoꝝ sctāꝝqꝫ/ qspiā osculaꝛ? Discipul⁹ Puto post passionē filij beata ma ei⁹ crucē crebro fuerit amplexata. oiaꝫ loca vbi steterāt sacri pedes eius/sedula deosculatiōe co luerit. Ꝫ necꝫ fuerat expers sacramētalis oscu li. de quo locut⁹ est sicut nec exēplar illō duplex pnie. Maria magdalena ⁊ egiptiaca. cꝫus ꝓ tinus intrauerūt thalamū spōsi/sublato velami ne. nec glorioſus Dionysi⁹/in morte carere vo luerūt. Atuero quid sit os dei sponsi ⁊ qd oscu lum/subtilius edissere si potes/cū sit incorꝑorea diuinitas? Magister Vocas iteruꝫ ad di stinctionem oris ⁊ osculi trimēbrē. Os habem⁹ dei patris. os filij. osculum vtriuscꝫ qō est spūs sanctus. Os suum aperuit. xps hīs labia distil lantia mirrhā ꝓmam mortificatiuam viciorum. cuius tot sunt oscula/quot verba. Ipe similiter cum patre ⁊ spū sancto/aperuit ora ꝓphetaruꝫ. Aperuit ⁊ os ꝓdicatorū et doctorum q̄ sapiētiā eructāt: porrigentē oscula volentib⁹. Dicuntur

autē ꝓdicatores os dei/ ideo q̄ sepant ꝓciosa a vili. ¶ Discipul⁹. ℣ Junge duplex ℔ osculum vltimū ipis tropologie vel allegorie adolescentulis. satis eni patēt ⁊ sobrios edificāt. ⁊ in ꝑmo ꝓsiste. ¶ Magister. ℣ Deꝰ sic ē vn⁹ ⁊ vnomi⁹ p essentiā ⁊ ꝓprietatē/sic ē p anagogiā symbolicam/oinomius. Ita vn⁹ est multiplexq̄. Sciēs itaq̄ deus nos ꝓuulos et balbos / voluit instar nutricis frāgere verba sua. q̄bus ipe nobiscum ⁊ nos secū/ intelligibiliter vtrinq̄ loqueremur. Cōcessit igit locutiōes trāslūptiuas a rer cognitaq̄ similitudinibus assūptas. tā abū dāter vt nihil inueniat q̄d non valet ad ipm trahi nominādū q̄d loquēdi genus apellauit Dionysi⁹ symbolicum. de q̄ ⁊ scripsisse notat librum. ſz ad latinos nō puenit. Hoc typo loquēdi. deus pater ℔ os ex q̄ filius eius increata sapiētia ꝓdijsse se gloriatur. Ego inq̄t ex ore altissimi ꝓdij. ꝑmogenita ante oēm creaturā. Habet ⁊ vterū. Ego inquit ex vtero ante lucifer genui te. Pater itaq̄ diligit filiū suū. ⁊ filius genit⁹ mutuū repēdit amorem. q̄ vicissitudo dilectionis /cur non deosculatio nominabit. Ex qua spiratio cōmunis amoris emanat ⁊ flagrescit. que spiratio quia nectit quodāmodo pīs os ad os filij. dici pōt osculuz vtriusq̄. Spōsa ergo. dū q̄rit osculū sponsi ptz q̄le sit illud osculuz. q⁊ spūs est oris vtriusq̄ patris ⁊ filij. ¶ Discipul⁹. ℣ ℔z q̄ vel q̄lia sūt labia spōse. ¶ Magister. ℣ Illa nimiꝝ sūt due vires ꝑcipue mētis. q̄ his intellectiua. ⁊ vis ei correspōdens affectiua. seu volitiua vel appetitiua. quas dū spūssanctus. osculū patris ⁊ filij/ inspirando ꝓnectit. ⁊ osculat illabēdo/fit mens tota deiformis ⁊ ꝓformis beatissime trinitati. fit trinitatis nobile triclinium. Itaq̄ fit ei⁹ memoria fecunda parens verbi cum acies intelligētie ꝓuertit super ipam. ex q̄ simul cōuersione /spirat amor cōmunis vni⁹ ⁊ eiusdez volūtatis. Hec est species ⁊ imago pulcherrima. ⁊ cōformata ⁊ assimilata diuine trinitati q̄ p gram est id ipm q̄d deus per naturā. Exultabat ad hāc assimilationē ꝓtingere spūs marie/suspirās ⁊ estuās assidue desiderio spōsi sui. ¶ Osculet me osculo oris sui. Quid q̄ris o beata? quid osculū sponsi petis o benedicta? quid est illud osculū nisi spūssanct⁹? q̄ vtiq̄ supuenit in te. q̄n ℣tus altissimi obumbrauit tibi. imo iā ꝓierat. nec postmodū recessit a te. qe dñs semp tecum. ℣ ℔z quid affectas o pulcherrima mulier? Sentio q̄d requiris. ⁊ si dissimulare videaris verecūdia ℣ginali. Thalamo spōsi ꝓxima es. gaudēs osculo oris. ℔z ⁊ leua eius sepe sub capite tuo. Et inter vbera tua cōmorat. te amplexās. te osculās q̄d tibi vis ampli⁹? Certe nōdū subintroisti secreta cubiculi silētia. vbi federe ꝓpetuo/mrimoniū ꝓsūmet. Jnq̄eta es donec introducat te/⁊ tu illū / in domū matris tue ⁊ in cubiculū genitricis tue. Et q̄ ista mater tua? nisi diuinitas sua. vtiq̄ oiuz creatrix ⁊ gubernatrix. Et q̄ domus ei⁹. q̄ altera si nō eternitas amplissima? Nō deniq̄ cubiculuz nisi sinus altissim⁹ occultissim⁹ dei patris. i quo spōsus tus q̄escit ꝓhenni felicitate. Hoc cubiculū intrare. in ℔ quiescere. delectari. fecūdariq̄ desiderare. in ℔ quiescere. delectari. Exultabunda suspirās. pensabas q̄le sit istud. Exultabūt sancti in gl̄ia letabunt in cubilib⁹ suis. Falloz. si nō hec ipa q̄ diximus exp̄ssisti/ spōsum inueniens ⁊ dicēs. Tenui eū nec dimittā. donec introducā illū in domū mris mee et in cubiculum genitricis mee. Ecce nūc o beata q̄d speraſti tenues. quē desiderasti possides. quē credidisti videres. quē dilexisti/toto complectēs ipoq̄ securus. quē dilexisti/toto complectēs ipoq̄ securus fruer⁹ ineternū. ¶ Discipul⁹. ℣ Quid sibi vult spōsus iste suus q̄ vnā suā vnice dilectā mrem distulit introducere secū in cubiculuz felicitatis eterne: q̄n latronez de cruce ptu⁹ in ℔ cubiculo collocauit. Audiēte matre ⁊ incōsolabiliter āmeriante. ptransierat eni gladi⁹ aiam eius. Amen dico tibi. hodie mecuz eris in paradiso. O mitissime ieſu. Et vbi erat mater tua/nisi in dolore cōtinuo remanens in ℔ neq̄ seculo. separata etiaz a corpe tuo q̄d inclusū iacebat in sepulcro. O vere terribilis in ꝓsilijs deꝰ sup filios hoiuz. O certe verissimū q̄ erūt nouissimi ꝑmi. Quis ℔ estimasset/q̄s credidisset? q̄s sperasset? assumīt ad gl̄ie cubiculū latronis aia. ⁊ aia mīs relinquit ad lamentū. Cui ⁊ lōgo tpe post/patz ingressus ad idē spōsi cubiculū. Potuit inuidiaz sibi facere gl̄ificatus ipe latro. si non fecisset eā charitas vnū coz ⁊ vnā aiaz cū eo. Suasit eadē charitas q̄rens q̄ dei sūt hr̄e vitā in patiētia: ꝓpt electos dei. p se ⁊ ex se docēdos de mysterijs vere fidei. Et q⁊ desideriū q̄to p incolat⁹ hui⁹ plongationem plus ⁊ plus adauctū est/tanto ℔z in adepti one sup oēs pl⁹ gaudiū. ¶ Magister. ℣ Cōcernit hec respōsio tua/ plongationē hui⁹ miserie/ista amoꝛosissima p annos multos q̄ p osculum pedū primū mūdata. post heremicola diu fuit. Sic discipul⁹ ille q̄ē diligebat ihesus. vsq̄ ad senectam vixit ⁊ senium. Tangit ignitus martyr Ignati⁹ scribēs beate ℣gini/caulam supstit⁹ virginitatis. ¶ Dorro q̄s te docuit o Luca mesolū taliū conscia virgo prudentissima. cui te fabulose cōfitiarat castitas. q⁊ nec vxorem nec cum nominis impositione nobis patent. ¶ Per te/ p̄curſozis annū canticum Zacharie ¶ Per te totius incarnatiōis christi mysteria. nobis tradita sunt. ¶ Per te cāti ca cantico. ¶ Marie/ ⁊ illud Simeonis pueri ihesu felix intentio describit. ⁊ quo alio nisi ¶ Maria reuelāte. ¶ Discipul⁹. ℣ Ardet anim⁹ multa

querere sup enumeratis euangelij materijs. qs omnes cõseruabat maria. cõferens in corde suo ac pinde magnificans dominũ ⁊ exultans i deo salutari suo. Sed cepto curramus itinere. post odorem vnguentorũ tuorũ/ quẽ spirant amoris cantica. de quib⁹ post osculuz subdit. Quia melioza sunt vbera tua vino. fragrantia vnguentis optimis. Dic quid sponsa singularis sibi volebat. tanq̃ osculi causam subdens. quia melioza sunt vbera sponsi super vinũ Que sunt hec vbera? Magister Si dixero q vbera sũt amoris vel amoꝛes. nihil errauero/ quoniã omnia sortitur amoꝛ vocabula/ instar dei. quia deus charitas est amoꝛ est. os. osculũ ipe vbera. ipe vnguẽtum fragrans. ipe oleuz effusũ. ipe nardus. ipe fasciculus mirre. ipe equitatis dei. ipse botr⁹ cypri. ipe lectulus. ipe flos campi ⁊ liliũ cõualliuz Quid moꝛor per singula. Ipe per denominationem participatã. vnus omnia in omnib⁹. cui⁹ natura si pfecte cognoscꝛetur cessaret lingua rum necessitas. Ipe sibi totus ⁊ vnus sufficiens lingua esset/ sufficiens oculus/ sufficiens auris ⁊ naris. ⁊ gustus. ⁊ tactus. imo vero nullum esset per essentialem ppietatem. sed per eminentiam singularem Discipulus. Cur ista pmitis? Magister Plane ne pster/ amoris cãtica exponendo posse finiri. qui certe infinitus ẽ. cuius ẽtitatem (non molis. sed pfectionis) accipientibus/ semper est aliquid vltra recipe. Nõ expectaueris ergo. totam salomonis canticoꝛuz et marie seriem posse/ nos decurrere. qui nec duos versiculos vtriusq̃ cantici. imo nec primũ verbum satis attingere penetrareq̃ valem⁹. Discipulus Ut si de deo nil pfectum possumus eloqui/ conemur tamen moꝛe puerorũ/ nos balbutiendo solari Hic aliquid idcirco de vberib⁹ sponsi. ⁊ sponse de quibus additur tertiũ osculum. quia melioza sunt vbera tua vino fragrantia vngentis optimis. Et quia viuus est sermo dei ẽm apostolũ. potest tamen cum quolibet et ad quẽlibet loqui. Propterea si reliquas canticonũ particulas quãdoq̃ cõmisceris/ non erit ingratum. plixioꝛis tractatus tollens fastidium. Magister Dicit ꝟ loco magister Nicola⁹ de lyra postillatoꝛ ad lram. que fundamentũ est allegorie tropologie necnõ ⁊ anagogie. Dicit inquã pnomie isto vbera/ in deos habere amoꝛes ob equiuocationẽ nominis hebꝛei ad amoꝛes et vbera. Hieronym⁹ vbera secut⁹ est hebꝛe⁹ amoꝛes. Discipulus Transi. inuenies tale pfitium mille locis in biblia. Pꝛo quo sedãdo scripsit olim volumen egregiuz pceptoꝛ noster Pd. Cardinalis Cameracen. cuius sententiã alio loco dum inquiram/ pandes spero. Magister Pandã. tu nihil hic calũniabile vel aduersũ reperies. si modos loquendi typicos seu figuratiuos/ attenderis. qbus res ptenta significat per cõtinentem ⁊ ecõtra. Continent autem vbera cũ pectoꝛe coꝛ ipm qõ sedes amoris ẽ radicat. Laudans igit vbera laudat amoꝛes/ q meliores sint vino fragrãtes vnguẽtis optimis Videoꝛ illico q non surrexit incõgruitas si sponso denẽt vbera que coꝛ habẽt cõpletum ⁊ estuãs amoꝛibus. Siue dicat ergo melioza sunt vbera tua siue meliores sunt amoꝛes. Quagogia pbat vtrũq̃ verum sciens q amoꝛ diuinus nescit sexum apud quez non est masculus neq̃ femina q̃uis dicat sponsus ⁊ sponsa Discipulus Hoc obseruandũ arbitroꝛ p deuotis ne se carnalib⁹ inuoluant simulacris. Videoꝛ pinde q nec lac vberũ nec vinum nec vnguentũ sit aliquod coꝛporale. Nihilomin⁹ causam trãssumptiõis ⁊ cõpatiõis licet inquirere. cur vbera vino sint melioza cum spõsus duxerit sponsaz in cellã vinariã? Cur rursus inuitãs clamauerit postq̃ dixisset. Bibi vinũ meum cum lacte meo Comedite amici ⁊ inebriamini charissimi Magister Bibit ita q̃ vinum sponsi/ spõsa viatrix. sed p vbera spõsi transfusum ⁊ lac factum. Alioquin debile nũc cerebꝛum sponse. vini puri virtute turbaretur. Exemplum dant nobis nutrices q̃ paruulis infantibus si sagaces sunt/ vini puritatẽ non ministrant. sed qõ in suum lac cõuersum est. Sũt enim hac ratione nutricis vbera melioza vino. non secus in vberib⁹ sponsi. qui propter sponsam/ i in carnatione lacteus fact⁹ est. Conati sunt philosophi fugere vinum sapientie de vberib⁹ pme cause/ dum inuisibilia dei p ea que facta sũt cognouerunt. sempiternam quoq̃ virtutẽ eius ⁊ diuinitatem Cõcalcauerũt ⁊ estuauerũt ⁊ inflati sũt vino multo. de calice aureo babylonis. ⁊ inebriati/ dati sunt in repꝛobum sensũ. ⁊ obscuratũ est insipiens coꝛ eoꝛum. Rationẽ dicit apostol⁹. quia cum cognouissent deũ/ non sic deuz glorificauerunt. neq̃ gratias egerunt. Habes vinũ sine lacte quo plane lac melius est. pstertim conditũ ex vino vel factuz cuius potus inebꝛiat. sed sobꝛie sine luxuria. Accipe signum ebꝛietatis noxie simul ⁊ causam in philosophis. qui veritatis studio tam vehemẽter intenti/ nihil de amãdo deũ toto coꝛde. tota anima. ⁊ tota mente. fortitudie: scrutati sunt. Quid mirandũ si defecerũt scrutãtes scrutinio. si per errois pcipicia cespitantes impegerũt/ potati vino mixto veneno omniũ vitioꝛũ. nec qualiũcũq̃ sed nephandoꝛ q̃lia nota uit apostolus. q̃uis nõ omnia que in occulto fiunt ab eis inquit turpe est dicere. Et cuz q̃ fiunt nisi cum illa meretrice que apud salomonez allicit dicens: Veni inebꝛiemur vberibus Discipulus. Fugiam⁹ ocius hos verboꝛũ fetoꝛes q̃ de vberib⁹ et amoꝛib⁹ loq̃mur/ fragrantibus optimis odoꝛib⁹ Magister. Audiam⁹ potius aure pietatis ⁊ fidei/ matrem vginem ⁊ filiam magnificantẽ dominum ⁊ exultantez in deo

salutari suo. Cuius nomẽ est oleum effusum qđ
sanat incipiẽtes. pascit pficiẽtes. delectat proxi
E mantes. Discipul⁹. Verum si ꝑperat intẽ
tio querere de tertio ꝟsiculo. cur maria / oleum
sue magnificationis ⁊ exultatiõis / ꝑtinus intu-
lerit. Quia respexit inq̃t humilitatẽ ancille sue.
Nihilomin⁹ exponi ꝑus opto doctrinaliter / q̃d
ꝑprie sit magnificare deũ. ⁊ quot modis fieri re
peritur? Mgr. Pertinẽs est inq̃sitio talis
Igit̃ accipe q̃ magnificare dñm nihil aliud est /
q̃ magnũ significare. Non eni facim⁹ deum ali-
ter magnũ. Sunt aũt modi significandi magni-
tudinem dei / sine numero. in genere duo Unus
interior in anima cognoscẽte ⁊ diligente deum.
Eteni fide spe ⁊ charitate magnificat̃ in aia de⁹
qm̃ magn⁹ ab ea et in ea significat̃. Modus al-
ter est exterior tam multiplex q̃ varia, sũt signa
q̃ repsentare possunt ab extra magnitudinẽ dei.
Quid ẽ eni significare nisi aliq̃d itellectui repre
sentare. Sit h̃ ꝑ voces. sit ꝑ colores vel species
colorũ. sit ꝑ obiecta quorũlibet sensuũ. sit ꝑ enig-
mata figurarũ in scꝑturis sanct̃. sit ꝑ reuelatio-
nes mysteriorũ. Cõclusit idcirco cãticũ suũ ꝟgo
beata sub attestatiõe diuinarũ locutionuz q̃s fe-
cit dñs ad pres nros Abraã ⁊ semini ei⁹ in sec̃la
Conseruabat oia ꝟba hec ꝓferens in corde suo
nũc Esaie ꝓphetiã ꝑ ꝟgine paritura. Nũc hie
remie vaticiniũ q̃ mulier circũdabit virũ. Nũc
hebdomadas danielis. Nunc portam clausam
Ezechiel cũ templo toto Discipul⁹. Descri
psisti q̃d est magnificare dñm. qm̃ est significare
dñm esse magnũ vniuersaliter pfectũ. Scio / qm̃
significare ꝟm grãmaticos ẽ aliq̃d intellectui re
ꝑsentare. q̃ tractant de modis significãdi. sup q̃
bus Centilogiũ cõposuisti. Sũt insup varij mo
di (sicut notas) magnificandi dñm scz bñdicere
sanctificare. glorificare. ꝑdicare. exultare. ꝓfite-
ri dño. laudare. ⁊ ita de silibus quorũ cãtica me-
morant̃. Inq̃ram⁹ igit̃ de singulis. Dic quid ẽ
F dñz bñdicere? Mgr. Hoc ẽ significare dñz
eẽ bonorũ datorẽ. factorẽ vel donatorem. q̃ suũ
dicẽ facẽ ẽ dixit ⁊ facta sũt Ita suũ bñdicẽ ẽ suũ
bñ agẽ. Dño aũt bñdicere significat ꝟbũ bñdic-
tionis illi fieri vel dirigi. vt ibi. Sancti tui bñdi-
cant te. Discipul⁹. Dic q̃d sit sanctificare no
men dñi? Mgr. Hoc ẽ significare dñm i sã
ctitate ⁊ mũdicia pfectũ. Quid aũt sit sanctitas
dñi ⁊ noticia ⁊ mũdicia / habes alibi. Discipu
lus. Dic q̃d ẽ exultare in deo salutari nostro
Mgr. Hoc ẽ significare deũ eẽ saluatorez no
strũ ⁊ salutare vel saluationẽ nõ q̃licũq̃ signo /
ꝑ modo leticie / exteri⁹ se ꝓdentis ⁊ ãsi se non ca
peret vlteri⁹ saliẽtis. Discipul⁹. Dic q̃d est
ꝓfiteri dño. Mgr. Hoc ẽ significare certo
signo / ipm eẽ dñm. Et h̃ multiplicit̃. vel qm̃ bo-
nus. vel qm̃ ineternũ miscõia ei⁹. vel qm̃ lauda
bilis nimis ⁊ magnitudis ei⁹ nõ est finis. vl qm̃
peccata dimittit ⁊ pstabilis est sup malicia. aut
ex relicꝭ pfectionib⁹ suis. Discipul⁹. Dic
q̃d est sacrificare dño? Mgr. Hoc ẽ signifi
care certis signis adhibitis q̃ ille cui sacrificat̃ /
vel in cui⁹ honorẽ ꝑncipaliter offert sacrificium
supremo⁹ ẽ dñs / plenariam habens ptatez vite ⁊
mortis sup nos sicut i aiali sacrificato vl occiso.
Discipul⁹. Dic q̃d ẽ grãs agere deo? Ma
gister. Hoc est significare bona recepta ab eo
pure gratis non meritis nostris. Modi autem
significandi sũt varij / ꝑ varietate eorum que re
cipiunt̃ ad significandũ corde voce corpe ⁊ ope
Discipulus. Dic q̃d est adorare dominũ vel
colere cultu latrie? Magister. Hoc ẽ signi
ficare suprem̃ in omnib⁹ suam dominationẽ at
q̃ maiestatẽ. ⁊ hoc modis vartjs in ani
ma. vel exterius in corpe aut aljs reb⁹ exhibit̃.
Discipul⁹. Quid ẽ iubilare deo? Magister
Hoc ẽ significare magnitudinẽ eius in bonitate
bilis. vt aliquãdo plausu manuũ. aliquãdo vul
tus alacritate. Aliquãdo vultus dilatatione. q̃
que dicit̃ a volubilitate circa rem dilectaz. Nõ
dicit̃ leticia quasi laticia. Aliquando voluptate
nunc̃q̃ a delectatione que dicitur quasi lactatio.
Quãdoq̃ a iocunditate que dicit̃ a ioco. Sepi⁹
ab alacritate. que dicitur dum habet libez ⁊ ex-
peditum vsum corporis vel membrorũ vel sen-
suum ⁊ maxime cordis / ad significandũ leticiaz.
Discipul⁹. Quid ẽ deũ laudare in / creaturis
Magister. Hoc est significare ipm esse causã
sue sanctitatis. Sicut deũ laudare in / creaturis
suis est significare q̃ ipe eas gubernat fecit ⁊ re- 6
git eas / pure gratis / ⁊ magnificis modis. Di-
scipulus. Quid est alloqui creaturas q̃ bñdi-
cant deum / q̃ collaudẽt / q̃ adorent / q̃ ꝑdicent /
q̃ letent̃ in eo cum similib⁹ acclamationibus?
Magister. Totũ est hoc significare cõplacẽ-
tiam quã habemus i beneficijs omnib⁹ / que cre
aturis collata sunt. ⁊ hoc vartjs modis significa
di. ꝑ varietate alloquẽdi. sicut solem⁹ exhorta-
ri p psalmos dicẽtes laudate dominũ in tympa
placituz ita tibí fuerit. // Discipul⁹ Queq̃mur q̃so de beato Johe q̃lis fuerit marie cõtẽplatio q̃si scda ꝓncipalis/ediſſere. Magr Cõtẽplabat mẽs marie Johez. nũc ad lr̃am. nũc ad tropologiã. q̃nq; vo per allegorie. z anogogie myſteriũ. // Discipul⁹ Lr̃a palã facta ẽ ꝺ Johãnis nũciatione. cũ ꝓconijs ei⁹. parentũq; ſuorũ affer aliq̃d de myſterijs. Magr // Cõtẽplabatur maria vbum qꝺ erat in ꝓncipio/ q̃nq; metaphiſicaliter. Aſſumebat eni ſilitudinez hois per artẽ operãtis in exteriorẽ materiã. Conferebat ad primũ artificẽ deũ. q̃ oia q̃ facta ſunt/ ꝓduxerat nõ naturali neceſſitate. nõ cauſaliter aut fortuite. ſed ſpõtanee Recẽſebat aliquos phos itaſenſiſſe ſicut dicit Johes euangeliſta. Deus eni manifeſtauerat eis qm̃ inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta ſunt a creatura mũdi id eſt hoie intellecta cõſpiciunt. Sempiterna q̃z virtus eius et diuinitas oſtẽdit ordinatiſſime ꝓſtituta ſupra oẽm artis excogitationẽ. ars vero q̃d ẽ niſi recta ratio rerũ agibiliũ. Ita cõcludebat maria metaphiſicans. oportere poni vbum ſeu logos. id ẽ. ꝟmonem vel rõnem patris. ꝑ qõ vbum/ oia facta ſũt z qõ factum eſt erat vbiq; ꝑcognitũ ab hoc verbo. nõ alia cognitione q̃z ſe ipſo q̃ deus ẽ. quem nullus dubitat eſſe vitã z primã vitaz alioq̃n iã non eſſet deus vbum ſuũ vel hydee ſue. Cuius rei abſurditatẽ ipe etiam phoz ꝓnceps Ariſto. ferre nõ potuit. cõferens cum Platone. Poro noluit deus cõdens vniuerſa latere penitus im mẽſitatem lucis ſue. duz eam fecit ſplẽdeſcere ꝑ creaturas. quas oẽs in ſapiẽtie ſue luce ꝓſtituit Omnia i ſapiẽtia feciſti ait pſ. Fuit igit homo miſſus a deo. qui ſpectator eſſet oiuz operũ dei. quiq; teſtimoniuz phiberet de lumine. nõ enim erat ille lux. ſed vt teſtimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera q̃ illumiat omnẽ hoiez venientem in hũc mundũ. qz nullus illumiat ad cognitionẽ liquide et pure et ſpicue veritatis/ abſq; ꝓma luce/ ꝟm triplex genus cauſe efficiẽtis exemplãtis z finientis. Quali dono. qua gr̃a. qualis oro põt eſſe maior. etiam phie teſtimonio? Erat ꝓpterea homini miſſo a deo/ nomẽ Johes. duz mundi ſpectator in ſtatu innocẽtie ꝓditus ẽ. vt teſtimoniũ phiberet de lumine. Videbat ꝓmaz lucẽ ꝑ ſpeculũ z in ſpeculo creaturaz. non in obſcuritate enigmatis. Videbat z in imagine mentis ſue. z ꝑ eam lucidius multo q̃z ꝑ veſtigiũ vel ſpeculũ creature. nõdũ tñ intuebat in ſua q̃ditate nudam lucem. Qz heu homo cum in honore eſſet/ non intellexit. cõpatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus z ſilis fact⁹ eſt illis. Propterea tũc euenit vt lux vera in mundo eſſet ꝑ quã fact⁹ ẽ mundus. Et mũdus iſte microcoſm⁹/ eũ non cognouit. ad quẽ cognoſcendũ factus erat // Diſcipulus. Nihil hacten⁹ attuliſti in hac ꝓtẽplatiõe marie ꝟm phicam rõnez/ qõ ſit ab hoie vere philoſophãte negandũ. ſi non ſit auerſus a vera luce deo/ ꝑ tenebras peccatoz. ſi nõ ſit obſcuratũ inſipiens coreius. nec datus in reprobũ ſenſuz. Si deniq; fuerit in eo gr̃a dei. vt merito Johãnes appellet. Altuero ſi id qõ ſequitur/ ita poſſit ad comoduz phie flecti/ deſidero cognoſcere ſi licet in ꝓpria venit z ſui cum non receperũt. qꝺ quot autẽ receperũt eum dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. his q̃ creduut in noie eius. q̃ non ex ſanguinib⁹ neq; ex voluntate carnis. neq; ex voluntate viri. ſed ex deo nati ſũt. Et vbuz caro factum eſt. // Magiſter Non põt ad lr̃az expoſitio tradi niſi de incarnatiõe verbi. ꝑ cui⁹ fidem fiunt homies filij dei. cuius inſup lr̃alis Johannes preco fuit. vox z lucerna. Cõfitet hinc Auguſtin⁹ q̃ q̃d haberet myſterij. Et verbum caro factum eſt. nec q̃dem poterat ſuſpicari. cũ dẽ cedentib⁹ aliquid non negaret intelligentiã concepiſſe ductu phie Erat nempe platonis inſtitutus et pithagore diſciplinis. Attamen ſine piucio littere videam⁹ ſi vbum dei poſſit dici ꝓ ꝓpria veniſſe/ ꝑ infuſionẽ luminis vultus ſui/ ſup faciem mẽtis humane. imo ꝑ quãdam ex vtero mẽtis incorporationẽ ſui. Omnis itaq; res quã tũcunq; ſubtilis ſit. incorporeeq; nature/ ſi comparatur ad ſimplicitatẽ ꝟme lucis/ corporea iudicatur. materialis inſup; quia potentialis ẽ atq; mutabilis. et non purus actus. Cũ ergo prima lux influit z illabit in portionẽ rõnis ſuperiorem/ quã dicimus apicẽ mentis vel ſinderiſim. vgineam. quidni dicam⁹ dei vbum quomodo i corporatum vel hominez factum ꝓpter deiformem ꝓncipalis humane ptis vnionem. ꝑ quam (ſi Boecio credimus) fiunt hoies dij? Dei eteni ꝓpterea genus ſum⁹. in quo mouemur. viuim⁹ z ſumus. Et habitat in nobis vbum ſuũ vnigenitum z eternum plenũ gratie z vitatis. // Discipulus. Nõ aduertebã talis phiſice cõtemplationis applicationẽ. que nõ aberrat a fide. Magr Fides plus eleuat arcẽ mẽtis vt vbuz dei inhabitet ꝑ fidem in interiori homie vt habitatur apls. Cõſiderãs igit hanc vnitiã habita tionem Aug⁹ dicit mariã matrem dei cõcepiſſe ꝓmo felicius deũ fidem. q̃ poſterius per carnem Non eni. ſcda ſiue ꝓma/ ſibi ſaltẽ attuliſſet cõceptio. // Discipulus. Utrũ potuerit maria ſine fide vel charitate fuiſſe mater dei corpalis. Magr Si potentiã ordinatã ſpectes/ non potuit. qm̃ deus hoc facere nõ ordinauit. ſed quin aliter ordinaſſe potuerit cum ſit imenſe potẽtie nec implicet ꝓtradictionẽ/ ita fieri quis hec a dei potentia negauerit. // Discipulus. Sunt alie q̃ſtiones abſq; numero ſup incarnationis beate myſterio. vtputa ſi vbum fuiſſet incarnatũ/ homine ꝓmo nõ peccãte? Si põt ratio tradi cõuincens. Cur de⁹ hõ ſit? Ita eni conari videt Anſelmus cuz alijs nõnullis. Rurſus cum opera

trinitatis sint indiuisa ad extra/quō fieri potuit vt sol⁹ filij⁹ diceret incarnat⁹.cū silib⁹ abūdātissime tractatis p doctores.qs idcirco nō induco ℳgr ¶ O quāta credis pspicacitate mēs marie ꝛtēplabat oia talia ꝓferens i corde suo.qlia meruit expiri qñ dom⁹ pudici pectoris tēplum repente fit dei.qñ fas fuit p saluatione sibi dici. Salue mr pietatis ꝛtot⁹ trinitatis nobile triclinīū.vbi tñ incarnati /speciale maiestati pparās hospiciū. ¶ Triclinīū fuit/p fidez charitate formatā.ꝑ speciale hospiciū/p verā maternitatem/ nedū carnis solius ꝑ ꝛmētis pparauit. Intelligit aūt spūalis maternitas in aia vbigena faciēt voluntatē dei pris.q̄ ido frater sororꝫ et mr ē vbi dei.mater vgo.filia. ¶ Nūciat hāc verbi ꝓceptionē spūssanc⁹ q̄ vbi vult spirat q̄ inspirat.q̄ gabriel ē fortitudo dei . nā q̄d fortius/q̄d potenti⁹ pōt nūciari? ℳ Letex gra dei p Johez significata p̄cedit. via pparās vbo dei. q̄ Joha nes p orationē ꝓcept⁹ ē/gabriele silr nūciate. Nihil eni hz hō fecūditatis in quauis portione rōnis/sit vir vel mulier / vt talis fili⁹ inde possit gigni.p̄cedat oportet.ꝛ precedat/zacharias (di uortionis cuius oratio exauditur.ꝛ ꝓcipit Elisabeth (q̄ est dñi memoria) filiuz. cui nomē est Jobānes. In q̄ gra dei.q̄q̄ nullus in cognatione naturali/vocet ꝫ nomine. ¶ Dorro si seqris allegoriā/zacharias sacerdotiū. elisabeth legē verterem significat.ex q̄b⁹ timore frigescētib⁹ /non potuit ꝓcipi gra dei. Nihil eni ad pfectum pducit lex .q̄usq̄ venit plenitudo tpis . qñ sol iustitie debuit oriri sup terrā hūane ꝓditionis.p myseriū incarnationis. Tunc p̄cessit in Jobe luciferi/illuz solē q̄ ex vtero patris ante lucifer⁹ genitus ē in die vtutis sue i splendoribus sctōꝝ ℳ Scipul⁹ ¶ Ergo ne putandū ē mariaz nihil de p̄nūciatiōe Jobis cogniti sui fuisse lr̄aliter ꝓtemplatam? ℳ ℳgr ℳ Imo vo nec vnum iota dimissum est.nec vn⁹ apex oiuz.q̄ Lucas scripsit. q̄n maria rimaret .ꝛ meditādo ruminaret .cōferens ad inumerabilia q̄ nos latēt . neq̄ scriptis mādari potuerunt. Itaq̄ si Jobes fuit tanta solēnitate nūciatus.si orationez supra nature curssi impetrar⁹:si sanctificat⁹ in vtero. si gaudiū ꝛ exultationē cū admiratiōe parētib⁹ attulit.si pcedit xp̄m in spū ꝛ virtute helye .si sobrie educatus ꝛ vestit⁹ i exēplar pnie p ꝓptū tpalis felicitatis et amorē eēne . Si talia nob innotuerūt Luca ex ore marie nob referente.nemo dubitauerit q̄n ad seipam/ p̄ima taliū retulerit.reuoluens oculos ad ꝓprios parētes.q̄liter angelica nūciatione/fuit ipis ortus suus/ cū vite serie .id ē.ordine reuelat⁹.vt nō minus ꝺ gratijs ab vtero sibi largius collatis maria ꝓsurgere ad gra actiones/q̄b p p̄cursoris hui⁹ iocundo sanctoq̄ natalicio nūciato.repetens crebr⁹ cū exultatione spūs/cāticū suū. ℳagnificat aia mea dñm.

℣ Finit prima ptio.

Sequit secunda ptio de vita soltaria Jobis.q̄si sup rubrica sc̄da. de nūciatiōe sua .ꝛ habitatiōe i deserto .Būt in hac ptitiōe tres ptic̄le.iuꝫ triplicē moduz manifestādi vitā solitariam. Et ꝓtinet notulas nonaginta. ℣ Discipulus.

Si multa fuerūt ipi marie ꝓtemplāda circa Jobis nūciationē i tēplo.Si circa visitationē ꝛ salutationē elizabeth. Si circa natiuitatē circūcisionemq̄ pueri/ q̄b⁹ interfuisse maria credit.simul ꝛ audiuisse cāticū illō zacharie Bñdictus dñs deus isr̄l.cū mysterijs hic inclusis. Nihilomin⁹ ad pñs vtere ꝓtēplatiōis oculos desiderio/ad solitudinē Jobis de q̄ lucas sic intulit Puer aūt crescebat ꝛ ꝓfortabat spū .ꝛ erat i deserto.vsq̄ ad diē ostēsionis sue ad isr̄l. ℳ ℳgr Fiat vt vis.ꝛ incipio quō vis. ¶ Discipulus. Cū hō sit naturalit aial sociale gregale et ciuile ꝰm pbm . Platonis q̄z snia dicit / boies boiuz causa factos esse. Ecclīastes insup maledicit solitario dicēs. Ve soli. Nōne rit⁹ iste viuendi in desertis/culpabilis ē habēdus .tāq̄ ꝓueniēs feris indomabilibus.aut hoib⁹ melācolicis? Solitudinez eni q̄rere Aristo.posuit in homero fuisse signum melācolie. Fuit igit puer Johānes melācolicus aut feralis. ¶ ℳgr ℣ Addere debebas vnaz distinctionis ptem a pbo positam. Solitarius inq̄t/ vel de⁹ est. vel bestia. Fuit autem puer Johānes/deus p pticipationē diuitatis.non p naturā. Eteni man⁹ dñi erat cum illo Fuit repletus spūsancto ex vtero mris sue . Ne q̄z cōplexione melācolicus .cuz p miraculū fuit dño opante formatus.cui⁹ pfecta sunt opa. Lege qō ōr. Puer aūt crescebat ꝛ cōfortabat spū. Post subdit. Et erat in deserto. Quare ꝛ quousq̄? Nimirū vsq̄ i diē ostēsionis sue ad isr̄l. q̄tin⁹ interea loq̄ret dñs ad cor eius in solitudine.reuelās ꝛ indicans q̄ eēt ipe factur⁹ ad isr̄l ꝛ docturus. Simul vt nō leui saltem maculare vitam famine posset. Predicabat euangelicū virum in suo celibatu virgineo.imitabatur vitam helye per quem erat ipe figuratus. Complebat prenunciatam de se ppheti̇am Esaie. Ego vox clamantis in deserto. Predicabat primitus exemplo sanctorum spem regni celorum per contemptum terrenorū.quatinus autoritatis pondus/adderet vbis suis operatio. atq̄ talis merito iudicaretur qui fallere nollet cupidine mūdanorū/ne dū alijs p̄dicaret penitentiaz. ipse p delicias insecutiōez/reprob⁹ inueniret. ℣ Discipul⁹ ℣ Collegisti sūmatim causas solitudinis i Johane. De ceteri vo solitarijs quid iudicas?

Non eni silib⁹ tueri se valent causis ¶ Ogf.
Opi tuo dicit Ambrosi⁹/intētio nomen iposuit
Et xp̄s. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit simplex/nō habens
aliquā ptē tenebraz/tocū corp⁹ tuū lucidū erit.
z sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Primuz
ē igit aspicere q̄ sit z q̄lis intētio solitudinē inq̄-
rētis ¶ Mouet aliquos feritas incōposita cō-
plexionis naturalis vel acq̄site. nō patiēs ciuili
ter ꝓuersari. cui⁹ odiū ꝓtra oēs z oiuz ꝓtra se. si-
cut de hysmaele loquit scriptura. Hāc causā so-
litudinis in catto monstro/ab hercule necato.
Hāc in leonib⁹. Hāc in auib⁹ nocturnis accipi-
mus ¶ Mouet aliq̄s cupiditas implēde volu
ptatis. seu ꝓprie voluntatis quoz felicitas esti-
matur impunita neq̄cia. peccare scz volūt. neq̄
verecūdiā hoiuz neq̄ penā pati. Querit eni lati
bula/fede voluptatis impletio. qō z fere demō
strāt. z auicule q̄dā ostendūt. nisi fortassis aliq̄s
ita bestiales inuenies/q̄s ꝓprie neq̄cie publica-
tio delectat. p̄dicātes vt zodoma peccatū suum
z cum malefecerint gl'iantes ¶ Mouet alios/
animi q̄dā deiectio seu pusillanimitas/causata
p frenesim aut melancoliaz multis modis. q̄les
nuemerāt medici. q̄s nihilomin⁹ fatent innume
rabiles repiri. Talit demendatū tradūt exposi
tozes Danielis ip̄m Nabuchodonosoz. cui⁹ fu-
it habitatio cū feris. Et demoniac⁹ iste p legio-
nē oppressus. q̄ habitabat in sepulcris. Pueros
insup aliquos imo iuuenes z senes/hactimoris
formidine agitari sic ꝓstitit: vt nec videre alios
vellent. nec sese paterent facialit intueri. Quo-
rū tandē aliqui p deserta vagantes/nusq̄ cōpa
ruerūt. Alij laqueo vl p̄cipicio vel alit/sibi mor
tem intulerūt. Laudabilis certe verecūdia/ma-
xime puerilis z in mulierib⁹. q̄ saluaz rem facit.
malis obstans conatib⁹. Sed ne q̄d nimis. ne le
sa tandē verecūdia/frons accipiat meretric at-
q̄ verificet ille subuersiuus iuuenū versus. An
gelicus iuuenis senib⁹ sathanizat i ānis ¶ Mo
uet alios inanis. iactātia. Alios spes q̄stus vbe
rioris. Alios ociū iners. Alios fantastica liber-
tas. Alios q̄dem feruoz nouiti⁹ nō fm scientiā.
volens sibimet esse dux. prioz. et abbas. Alios
ignorantia difficultatis heremitice vite seducit.
estimātes solitarijs deesse nihil/p̄ter orare deū.
dū vbi segregatos se faciūt ab alijs inueniunt se
metip̄os cū passionibus durissimis. luxurie. gu
le. desidie. z accidie supra modū. vt interim dia
bolicis astutijs/de visitatiōibus hoiuz curiosis
ad insolita/de victualiuz postremo vestiūq̄ ca-
rentia taceam⁹. Tandē penitet eos suimet. z gi-
rouagi fiunt cū Cayn. solum de heremitica vita
barbā z appellationē retinentes. q̄bus solitudo
nō abstulit victa: s aluit auxit et multiplicauit.
q̄libus vicos z plateas videm⁹ impleri. Teterri
mū hoc genus monachozū ait Hieronym⁹ bea-
tissim⁹. z Benedict⁹. imo mōstra sunt hominuz
extra terminos bone policie depellēda ¶ Visci
pulus ¶ Et q̄s ad solitudinē his attētis/puta-
bit idone⁹? Confirmas eni q̄ opposui. Ue soli-
¶ Ogf ¶ Videto ne malicia plurimoz/paucis
obsistat bonis z electissimis. p̄sus q̄ diuinis cul
toribus solitudinis. q̄les in cōmendationē fidei
vocat ap'ls. In solitudinib⁹ errantes. in mōtib⁹
z spelūcis. in melotis z in pellib⁹ caprinis. q̄les
Paul⁹ z Anthoni⁹. Arsenius. Agathon. Hila
rion. cū silibus inumeris. q̄ naturā suggredien-
tes/ostēderunt in seipis q̄ regnū celoz vim pa
titur. z violēti rapiūt illud. Quid deniq̄ de Jo
hāne nr̄o? Quid de puero bn̄dicto. q̄d de silib⁹
factū sit ipse legis? ¶ Discipulus. ¶ Spūs vbi
vult spirat neq̄ mirabilia trahēda sūt ad imita-
tionem. sed reuerenť admirāda. ¶ Magister.
Recte sentis. Nō agit ita q̄ feliciter vita solita-
ria/sine q̄dam afflatu spūssancti. q̄nq̄ patenter
reuelātis. q̄nq̄ secreti⁹ inspirātis ducētis z agē
tis. Dicit eni de xp̄o q̄ spūs impulit eū in deser
tum. Dicit q̄ duct⁹ sit. Dicit q̄ z agebat in de-
sertū. Et hic de puero Johāne p̄mittit. q̄ ꝓfor
tabat spū. Qui aūt puata lege ducunť/publicl
z generalib⁹ nō subsunt institutis ¶ Discipul⁹
Qua rone cognoscet q̄ a spūssancto q̄s ducit in
desertū/solitariā ducturus vitā. cū tot seductio
nis causas narraueris? et vniuersal⁹ expeto de
solitarijs oibus. q̄s debet esse suus finis? q̄s sue
oculus intētionis. ¶ Mgr ¶ Tres modos so-
litudinis insinuasse videť mihi p̄s. cōparans se
tripliciter. Sicis inq̄t fact⁹ sum pelicano soliu-
dinis. z fact⁹ sum sicut nicticoraz in domicilio.
Vigilaui z factus sū sicut passer solitari⁹ i tecto
¶ Prima figurat solitudinem deserti. secunda
claustri. tertia tecti siue tēpli q̄ signat tectū am
plum ¶ Considerať insup triplex in generali fi
nis q̄rende solitudinis. vn⁹ peccādi vitatio. ali⁹
habet tn̄ in singulis spūssanctus ꝓprios fines.
q̄ postmodū ꝓstat ex euentu. sed interim loqui-
mur de hūano ꝓsilio. ¶ Amplius q̄ sit z q̄lis so
litudo deserti. ptz in heremicolis. iuxta narrati-
ones z vitas patz. q̄ p̄terea sunt. z qui nunc ad
hanc solitudinē idonei tradiderunt ¶ De soli
tudine vo claustri vel cenobiozū habeť noticia
p regulas ip̄oz. q̄ cōueniunt oēs essentialiter in
triplici voto. obedientie. paupertatis ꝓtinentie
¶ Dozro de solitudine tertia quā imaginamur
illem passeri. q̄ solitari⁹ ē in tecto. nō ita cogniti
onem inuenim⁹ traditā. Participat autez cum
vtraq̄ p̄rioz solitudine differēs tamē ab vtraq̄
¶ Solitudo claustri colocať in ciuitatib⁹. sicut
habet nicticoraz domiciliū in eisdem. Sic se ha
bet solitudo passeris in tecto. Nō eni refugit ciui-
tates. sicut pellicanus in deserto longe sit ab eis
z heremi cultozes similiter lōge fiunt. ¶ Teteq̄
solitari⁹ sicut passer solitari⁹ in tecto. nulla lege

viuẽdi sub voto astringit. imitans in hoc volũtarios heremitas. Nihilominus locũ villarum vel ciuitatum nõ relinquũt. dispares in hoc heremitis ¶ Legim⁹ q Anna ꝓphetisans de puero Jhu/nõ recedebat de tẽplo. ieiunijs ⁊ oratonib⁹ vacans. Legim⁹ de sancta Judith q fecerat in supioꝛib⁹ domus sue/sibi cubiculũ vbi cũ puellis suis sola moꝛabat. Sara iunioꝛ molesta ha/pꝛexit oꝛare ad supi⁹ cubiculũ dom⁹ sue. Helizeo fuerũt in ciuitatib⁹ assignata in superioꝛib⁹ dom⁹ cenacula. Petr⁹ oꝛatur⁹ ascẽdit i supioꝛa dom⁹. Ita p multa colligit sanctos vitas loca sibi q̃sisse secreta ⁊ alta ¶ Discipulus. Edissere quo põt esse laudabilis hmõi tertia solitudo. q̃si sit cũ domo et sine domo. Residet ita q̃ solitarius in tecto/quã similitudinẽ non siluit ihe xp̃s loquens de tribulatione futura/monẽs eum qui in tecto est vt non descẽdat tollere quei domo sunt. Habent enĩ domus regionis illi⁹ tecta plana. apta deambulationi. secretecq̃ cõuersationi. tanq̃ pauimẽta de lapidibus planis. cũ cemento structa. ¶ Magister ¶ Pꝛopositũ solitarij talis est/vti mundo quasi non vtat. Non enĩ fidit i viribus ꝓpꝛijs aut coꝛporis aut animi posse pati. solitudinẽ. vel deserti vel claustri. facit hoc q̃ potest. Accipit solitudinem tecti. non semp ad lr̃am. sed p similitudinẽ. Sicut enĩ manens in tecto non respicit q̃ fiunt in domo/sic nec ille solitarius ea curare vult que fiunt in mũdo. Diuit sibijpi ⁊ deo. curam suam totam ⁊ cogitatum suum ⁊ suam solicitudinẽ ꝓiecit in deu⁹. Finis suus/est triplex pꝛetactus. Pꝛim⁹ vitare facit coꝛporalis ne inquinet ab ea. Secũdus cogitare oꝝ actus suos in amaritudine anime sue. Terdius ꝓmare deo. videns enĩ iniq̃tatem ⁊ ꝓtra dictionem in ciuitate. ⁊ dolos et vsuras. ⁊ blasphemias in medio eius. elongat se nõ coꝛpoꝛe sz mente. manens in solitudine qualez sibi fecerat ihesus i medio palacio. vocans se solitariam et cuius ꝓpꝛeter deũ nõ esset auxiliatoꝛ alius. ¶ Si sapul⁹ ¶ Contraria videtur esse sibimet hec solitudo. videt enĩ ⁊ audit mala que fiunt in ciuitatibus. nihilominus vt dicis fugit ea. Si fugit q̃ liter illa videt ei audit: ¶ Magister ¶ Doceat te ꝓpheta regius Dauid dicens: Qui inquirebant mala mihi / locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabant. Ego autez tanq̃ surd⁹ nõ audiebam. ⁊ sicut mutus non apiens ⁊c. Nõ dicit surdus ⁊ mutus. sed tanq̃ surdus ⁊ mutus. ¶ Discipulus ¶ Si zelum dei habet. quo pacto nõ obuiat iniq̃tatib⁹/ quomodo saltem voce nõ reclamat. non arguit. non p̃dicat. non inculpat: ¶ Magister ¶ Debet vtiq̃ zelum. sed fm scientiam que docet eũ ꝙuersari in medio natiõis pꝛauitif. sed gemens intus tolerat q̃ nec põt nec debet arguere. Rñdet creboꝛ curiositati zeli sui. Quid ad te. Non ẽ tuũ nosse talia vel talia non arguere. Non eniti ꝓtra ictum fluuij. Curã illaz deo linque ⁊ tuam age. ¶ Discipul⁹ // Omnes hoc modo si dicere facereq̃ statuerent/q̃s perse quereꝝ vicioꝛos. q̃s bonoꝛũ ꝓfectũ pacis conciliatoꝛ intẽderet: Sancta rusticitas (ait Hieronimus) sibi soli ꝓdest. imo dũ non opitulat alijs: obest. dũ non est ꝓ ꝓximo. cõtrariatur ei. Nauta dum nauẽ deserit: nõne submergit. Vanationem ꝓinde pigri fui. nõne ꝓ talento recondito talis mereꝝ ⁊ metuit: ¶ Magister // Cur metueret qui nihil erogandũ suscepit ex officio cui nihil ex articulo necessitatis incũbit agendũ. Extra dit ad vsuram talentũ omne q̃ accepit. dũ vtiq̃ illo qualiter ⁊ quousq̃ se lex ⁊ voluntas erogãtis extendit: Si non abutitur donis sibi traditis quãdo et q̃liter non opoꝛtet. ꝓfecto non retinet talentũ. non est ꝓtrarius xp̃o Non deserit nauẽ qui custodiam eius non accepit. Atuero videãt qui suis humeris officia publica vl̃ imposuerũt vel imposita susceperũt: quemadmodũ reddẽt rõnem de subditis. Quid ad istum de nõ suis/q̃ foꝛtis sunt. que iuris sunt alieni: ¶ Discipulus. Nõne mãdauit domin⁹ vnicuiq̃ de ꝓximo suo Nõne iussio legis est. Diliges ꝓximum tuum sicut teipm: ¶ Magister ¶ Mãdatũ iussumq̃ fatemur curare ꝓximum ⁊ diligere. sed nõ plus q̃ seipm. non plus q̃ deum. Deus: certis amorem dei ⁊ ꝓximi terminis limitauit. de q̃bus nõ est hic dicendum p singula. quoꝛuz debes alibi noticiam cõparasse scz in de cõsolatione theologie. ¶ Discipulus // Dicici q̃ fieri iuste debet: q̃ iustum est. Q̃ nihil ꝓdest homini si vniuersum mundũ lucreꝝ: anime vero sue detrimentũ patiatur. Q̃ p̃dicare ⁊ arguere nemo solenniter debet nisi missus. Q̃ fraterna coꝛrectio non ꝓ semp obligat. Q̃ sepe fit eadez coꝛrectio temerarie. dum neq̃ fructus cernit. neq̃ modus custoditur. nec tempus. ꝓsona aut locus obseruatur. Sz apꝛaret difficile quomodo manẽs int alios/ nõ incurrat casus plurimos. in q̃bus oportebit ipm non solum sibi vacare. sed ꝓmis intendere. Alioq̃n vel inutilis/ vel inciuilis / vl̃ arrogãs foꝛtassis/ aut fantasticus poterit multoꝛuz iudicio reputari. Susurrabũt mutuo dum viderint aliquem litteratũ/ qui fundit vngentum sue meditationis ad pedes vel caput iesu. vt quid perditio hec: Cur non erogat p̃ p̃dicationẽ in pauperes idiotas ⁊ egenos: Talia sibi soli meditat ⁊ ruminat. cur regiminis curam nõ q̃rit: Cur nõ suscipit oblatam: quo pacto ꝓius habitam derelinquit ¶ Magister ¶ Nihil affers incognitum. sed ad alta vadenti/ ꝓtemnẽdus est ipe cõtemptus. nec populari rumoꝛe / sed ꝓscientie veritate vita ducẽda est. maxime q̃renti deo viuere. q̃renti cuz ꝓba dicere. Nihi aũt adherere

deo bonuz est: ⁊ ponere in dño deo spem meam ℞is glia eiꝰ. Cuiꝰ eius⁊ vticꝫ aie deuote. filie regis ⁊ spõse/ab intꝰ ẽ. cui p minimo est/ vt ab hoibus vel ab humano die iudicet. ℔ nec se iudicat/ omne iudiciũ suũ ponẽs sup eũ q̃ dñs ẽ. cui soli intẽdere. quẽ q̃rere. in quẽ sperare. quẽ diligere cõstituit. ℞ui vult inter vos sapiẽs esse (monet apl's) stultus fiat vt sit sapiẽs xp̃o. desipiat mũdo vt placeat xp̃o. ℞am q̃ volunt hominibꝰ seculi placere. q̃ ciuiles ab eis. qui benuoli. q̃ sociales. qui (vt eoꝝ verbum ponamus) boni socij/ blãdienti lingua vocari desiderãt. videãt ne dei imo sui ꝓstituant inimici. pdunt nempe tps comesando iocũdando. detrahẽdo. narrando. fabulatiões. ℔ nõ vt lex tua dñe. deterioza non admus q̃ ferre coguntꝰ. ¶ Biscipulꝰ // Quotidianus nobis hoiuz ꝓuictus que dicis ostendit.

℟ ¶ Agr̃ ¶ Crede mihi. posse vacare sibi/ non est paruũ negligendũ talentũ. nõ est infodiẽdũ terre. qz non est terrenis occupationibꝰ obruenduz habet hõ p quolibet sensuũ quos accepit. talenta totidem. singulis nõ pariter vtiꝫ. Si totus se ad videndũ salubria. totus ad ꝓuersionẽ cordis ꝓuertit/ reddiꝫ excusata manus vel pes: vel lingua. si tunc non opatur hõ. aut ambulet aut loq̃tur. Ecõuerso si robusta fuerit manꝰ ⁊ oculꝰ lippus/ vt videre vix possit mittat manũ ad fortia. hoc est viri solitarij ⁊ actiui. Determinat Aris. philosophica rõne vitã ꝓtẽplatiuaz. simpliciter optimũ esse homis bonũ. Consonat oĩs theologisantiũ choꝝ. Determinat ℔ Augꝰ q̃ ociũ veritatis inquirẽde/ pferendũ est negocio charitatis. si nullꝰ imponat. nec sic tamẽ fundit⁹ ociũ deserendũ nr̃a sustinenti. ¶ Jã ꝺo q̃riꝫ q̃s ad hãc sit idoneus vitã solitariã. Nõ iuuenis moribus q̃ ad opationẽ mittẽdus ẽ: ne vacet. Multa eni mala docuit ociositas Vidit ℔ q̃ philocapto meder pollicens ait. Loca sola nocent. loca sola caueto. Talis nõ cum deo. sed cũ desiderio rabioso ꝓtinue loquereꝫ. Occidũt desideria pigrũ pertim sine lr̃is. cuius ociũ moꝛs est (Seneca teste) ⁊ viui hoĩs sepultura. Et Horatius. Si nõ intendas studijs et rebus honestis. inuidia vel amoꝛe toꝛquebere. Ceteruz nequit vacare ocio cõstitutus sub alterius potestate. Quo iubente fac hoc/ faciendũ ẽ. Uade illac/ istac eunduz est. Obsequere subditis istos dirige ⁊ rege. parendũ est. // Amplius. si ꝓpto te voto ꝓstrinxeris ad actionis negociũ. iam tibi vacationis ocium sustulisti. Si denicꝫ necessitas periclitatõis ꝓximoꝛuz/ coꝛpalis aut spũalis imineꝫ. cui tu potes non alius p nũc/ pbabiliter opitulari. lex necessitatis/ imo charitatis/ a vacatione te sepat. Lex postremo diuine iussionis inspirata te perurget sese sequi. q̃lem hi qui spũ dei ducunt infallibiliter recognoscũt. ¶ Biscipulus // Hacten⁹ multa cõquisiuimus de vita solitaria sub quadã fluctuatione sententiaꝝ ⁊ oꝛdinis. cupio naturã ipsius physica simul ⁊ theologia rõne scrutari. descriptionem quoꝫ suam imꝑimis volo fundamentaliter notam esse.

Sequitur secũda ps demonstratiua post ꝓimam inquisitiuam delitudine.

¶ Magister // Ita solitaria. est vita itellectualis nature seu rõnalis. que agit segregatim a multis. ⁊ ꝓpter deum. ¶ Biscipulꝰ Cur ad vitam solius nature itellectu alis solitariã vitam stringis. cuz sit aubus ⁊ bestijs aliquibus sua solitudo viuendi. ¶ Magr̃. Volui sub cõpendio vitam tollere omnẽ. q̃ bea te vite ꝓticeps esse nequit. ¶ Biscipulus // Nũquid satis erat. vt de intellectuali natura sermo fieret additione nõ facta de rõnali dicens. intellectualem dimittẽdo. ¶ Magister // Postulat hoc fieri/ ꝓprietas vocabuloꝝ. Cum eni ratio nale sit differẽtia cõstitutiua homis nec soli⁹ hominis ℔m ℙoꝛphiriũ platonicũ/ ponẽtẽ demones et angelos esse animalia rationalia. q̃ deos vocat. ⁊ compositos ex anima et coꝛpoꝛe tradit ꝓ imoꝛtalitatez differentes ab homine. Diffinitio nostra debuit hoc notare. Quis aliquando rõnalis dicaꝫ natura quelibet/ que põt vti ratione. ⁊ que libertatẽ habet arbitrij potẽs in oppositã. Est eni liberũ arbitriũ facultas rõnis ⁊ voluntatis. quasi liberũ de rõne iudicium. iuxt̃ quez loquẽdi modũ. deus diceret nedũ itellectualis nature/ sed rõnalis. lz boetius appꝛopꝛiet intelligentiã puram/ soli dõ. aut veriꝰ soli generi diuino. qm̃ vsus philosophoꝝ tribuit angelis intelligentiã. quos ideo vocant intelligentias. et ab hominibꝰ nõ penitꝰ abstulerunt. ponẽtes agentem intellectũ. ¶ Biscipulꝰ Uis igiꝫ ponere in deo/ vitam solitariã vel sociale. ¶ Magister // Audies postmodũ. si ꝓmiseꝝ exposuero de parte diffinitionis addita cum diciꝫ. vita nature intellectualis/ aut rõnalis. que agitur segregatim a multis ⁊ ꝓpter deum. Damus per hoc intelligi causam formalem seu differentiaz a vita sociali. Causam insup finalem vire solitarie. nõ cuiuscũqz: sed laudabilis assignam⁹ ꝓpter deum. qui deus/ gr̃a sui est fiue ꝓpter seipm. tãq̃ liberalis et nobilis in supꝛemo. // Ceteꝝ. natura quelibet (ꝑtim rõnalis) quedam in se oꝛ vita ꝓma. si nihil etiã actualiter ratiocinaret vl̃ intelligeret actu pfecto. necꝫ sl̃iter vellet. cui vite non attribuiꝫ ꝓprie solitariũ vel sociale. sed vite q̃ oꝛ vita sc̃da ꝓueniens/ ꝓfluens aut emanans ab hac vita ꝓma. Hec autẽ oꝛ opatio vitalis. elicita seu ꝓducta a re que est vita ꝓma. vt aia rõnalis. vl̃ habet vitam ꝓmã vt hõ. Sic intelligiꝫ diffinitio philosophi de anima q̃ est actꝰ ꝓmus. coꝛporis phisici. oꝛganici. vitã habẽtis in potẽtia. supple

ad vitā ſecundā que ē vitalis opatio. Sic intellexit idē phūs q̄ poſuit felicitatē hois nō in habitu ſolo cū ſtoycis. nec in ſola ſubſtātia vel natura a ponentibus fata. ſz in optia opatōe reſpectu optimi obiecti p optiaz potētiā. optio hitu robo rata. Sic dicebat xp̄s. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt te ſolū verū deū ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m Loquunt ad ip̄m ꝓfozmiť theologi ponētes vitā eternā in ea na dei viſione q̄ fruitōez ꝓplectiť. delectatōezq̄ ſup̄mā includit. Poſtrēo ſumptā dicimus ex his diſtinctōez phiſicā piť ⁊ theologicā de multiplici vita. Quedā ē actiua. q̄dā ꝓtēplatiua. q̄dā mixta. Rurſus q̄dā ē bōa ciuilis ⁊ moraľ. q̄dā mala multis mōis. ob peſſimas opatōes ſm p̄auos fines. ſicut ad ſupbiā ⁊ honozes vanos. ſic̄ ad diuitias ⁊ opes iniuſtas ſic̄ ad voluptateſ ⁊ luxꝰ ſozdidoſ. Et hec iuxta tria q̄ ſūt in mūdo q̄ triplicē ſibi vēdicāt ſapiaz. terrenā. aialē. dyabolicā. Ampliꝰ vero diuidiť vita tal q̄ ē opatio nature rōnaľ vel intellectualis. in vitā ſocialē. ⁊ i vitā ſolitariā. de q̄ pñs ſermo ꝓrit. Vita ſolitaria agiť nō in multitudie aut ſalte nō cū multitudie. ſ ſepatim a turba. maxie ſm q̄ accipit vulgus. dū ſepatio ſeu ſegregatio fit in locis ſolis vt erat iobānes puer in deſertis. Addiť ad extremū q̄ ſegregatio ſit ꝓp̄ deū. ad excludēdū p̄auā quālibet ſolitudinē. q̄lem epycureoꝝ voluptatū aſſertozes ⁊ ſtoycoꝝ ſectaꝝ laudabāt. ad q̄lē p̄terea beſtialitas mozꝝ. vel coꝛruptio ꝓplexiōis impellit. Diſcipulus Elucidatā ſufficienť exiſtimo diffinitōez vite ſolitarie. ſ an queniat deo ⁊ āgelis ſcire deſidero. Magiſter Si viuūt intellectualiter put eos viuere nulli dubitare fas eſt. viuant oportet alia vita ſolitaria aut ſociali. Et quidem de angelis ⁊ hominiꝫ ſaluatis ꝓſuaſum ſatis habemus q̄ viuunt ſocialiter atq̄ ciuiliter. Gloriosa dicta ſunt de te ciuitas dei. loquitur ꝓpheta de ciuitate celeſti. Concludēs. Sicut letantiū omnū eſt in te habitatio. Et in pſa. q̄ felix iſta ciuitas. in qua iugis ſolemnitas. ⁊ q̄ iocunda cuſtodia que cure ꝓſus eſt neſcia. Cōſonat Ariſtoteles verbū q̄ extra celum ſunt animalia. optimaz vitam ducētia. ſed ſi nomiat animalia largo modo intelligentias vel angelos. Si dicat inſuper eas extra celuz fozmaliter. q̄z celum non fozmāt nec tēpoze menſuranť Cuero ō vita diuina non ita p̄ſpicuū eſt ſi ſocialis fuerit eſtimanda. Obſtat phūs metaphiſicando. ponens deum p̄ſtimum ⁊ ſup̄emū monarcham extra ozdinez totius vniuerſali. tanq̄ ſolum ſingularem ⁊ vnicuz p̄incipantem. cui nullus ſociaľ non plus forte q̄ſi per impoſſibile ſm ip̄m. ſed per poſſibile et verum ex poſitione fidei. deus fuiſſet ab eterno ſine creatura. Hec eſt altiſſima de dei p̄munitate ſententia philoſophi cōſonans theologie p omnia immenſitatem ⁊ immutabilitatem p̄mi entis magnificans ⁊ attollens Diſcipulꝰ Nō ne latuit phm trinitas ꝓſonarum diuina ꝛ i vnitate ſubſtātie. quā ſi cognouiſſet. vtrum dixiſſet deum ſolitarium vel ſolitariā in ſe gerere vitam aut aperi q̄d theologica fides ex dictis inferret. Magiſter Fallit aut conturbat nōnullos habentes de diuinitate ſermonē. dum nituntť phiſicas coaptare conſiderationes. ex creaturis ſumptas. ad illam q̄ deo cōueniūt. q̄ plus in infinitū diſcōueniunt creaturarū ꝓp̄rietatibꝰ q̄ aſſimilētur eis. Exempli gratia. Ponimꝰ fide docti. generationē naturalē filij dei de patre deo. q̄runt ſi generatio talis ſit vniuoca vel eq̄uoca. Nōcū q̄ dicatur inſtātie plures occurrēt. Expeditioz via tenetur q̄ nec vniuocā dicit generationē nec equiuocā. Eſt eni pluſ q̄ vniuoca qua generans cōmunicat generatoꝛi eandem quam habet naturam. necdū ſpecificam. put in creaturis ſz p̄ſus ip̄am vnam. nec ſpecie nec numero diſtinctam. Rurſus non eſt penitus equiuoca generatio ex iſta radice. q̄uis habeat aliq̄d ſimile in ꝺ q̄ actꝰ geniti. eſt alius ſpecie ab actu generātis. quia filiatio non cōuenit paternitati. Sed hozum cum ſimilibus declaratio theologis remittať. Ad rē noſtram venientes dicamus q̄ vita dei in ſe. nec ſolitaria nec ſocialis. taliter exiſtimāda eſt. qualiter rōnalibus conuenit creaturis. Itaq̄ ſi ſingularem diuine nature ſpectes vnitatē. nil minꝰ ſociale vł gregale. nil plus ſolitariū vel ſegregatum ⁊ ſolum repies. Si vero ꝓuerteris oculos fide purgatos. ad cōmunicationez diuine eſſentie. q̄ non in vno abſoluto ſuppoſito ſiſtit. ſz fluit (vt ita loquamur) pullulat aut germiat a patre ſm Dionyſium habēs tria ſuppoſita relatiue diſtincta. ⁊ hoc ex imenſitate bonitatis ſue. Nihil minus ſolum aut ſolitariū iudicabis. Sic loquitur venerabilis Richardus. ſic alij theologi volentes deducere phiſica rōne. trinitatem in diuinis. ex imenſa bonitate que ip̄ius diffuſiua ē. nedum pūctualiter. vt in creaturis ſed imēſe. Tū rōne iocūditatis. quia nullius rei ſine ſocio iocūda eſt poſſeſſio. Tum ratione felicitatis. ⁊ ex talibus iudicijs ex quibus ſocietas ponatur in diuinis ſic et trinitas. Eſt tamen hec ſocietas. diſtans nimis a ſocietate creaturaꝛ. q̄ quātūlibet aſſociate viuant non efficiūtur. nec ſunt vnū per eſſentiam. q̄uis bene dicanť coꝛ vnum ⁊ anima vna. vnus ſpūs. per grattam ⁊ cōcoꝛdiam volūtatum Colligas ex p̄miſſis licet cozollariū pulcherrimū de vita qualibet creature rationalis. vtendo deinceps rationali put extendiť ad intellectuale. ſit hoc in angelis ſit in homie. pro breuitate ſermonis Diſcipulus Aſto cupidus audire ſi quid afferas noui. Magiſter Audi ⁊ vide q̄ omnis vita creature rationalis tanto pfectioꝛ eſt. quāto magis pticipauerit de vtraq̄ diuina vita. ſociali ſcilicet et ſolitaria.

Discipulus Quomodo fiet istud. cum sociale
et solitarium / p̄trarias habent rationes. Ma
gister Anime sunt rationes contrarie. si respe
ctus ad varia fiet. Alioquin vnica dei vita / non
esse pariter socialis et solitaria. cuius oppositum
mōstrauimus. quā insequi vitam. tota laus. to-
ta gloria. tota pfectio iure putat. rationalis cre
ature. Discipulus. Quid cōcludere rursus
possis cōijcio. sed aptius edissere. Magister
Post xp̄m / vita beatissime marie / fuit excellen-
tissime socialis et solitaria dum viueret. et nunc
societatem cherubin et seraphin omnemq; ange
gelicam vitam exuperat gloriosa. Coniungitur
vna sola pfecta pulchra columba amica. spōsa.
soror et mater. vnico sponso suo et filio dicens ex
sententia. Dilectus meus mihi et ego illi. Inue-
nit eum quasi foris sup omnem creaturam i eter
nitatis solitudine. in desertis seculorū. quem de
osculatur toto cordis et oris affectu dicens: Et
iam me nemo despiciet. ecce solitariaz. Disci-
pulus. Dolro ō Johāne quid diceres? quid
de tot solitarijs in vita p̄senti tam viris q̄ femi
nis. Maria magdalene. maria egyptiaca. et sin-
cletice. quid preterea de retinentibus vitam so-
cialem. Quid de mutua collatione duplicis hu-
ius vite socialis et solitarie. Magister. Di-
xi tā si retines. nec grauat repetere. q̄ omnis vi-
ta creature rationalis sit in via. sit i patria. sit so
cialis. sit solitaria. perfectior est tanto. q̄nto ma-
gis particeps est diuine vite. quam supreme so-
litariam deduximus et socialez suo modo. Di-
scipulus. Qua ratione fit hec participatio?
Magister. Nempe per vnitatem gratie: que
reddit deiformem essentiā creature rationalis i
se / et cū deo vnam facit. sic et in multiplicitate po
tentiarum / associatio virtutum theologicarum et
moralium / cuz donis et beatitudinib⁹ et fructib⁹
et operationibus inde sequētibus. et pulcherrimā
intus societatem cōstituentibus in viatorib⁹. ſz
pulchrius et pportionabiliter excellentius in be
atis. Longa esset sed facilis adaptatio ad ppria
simul et appropiata diuine vnitatis et trinitatis
psonarum respectu vnitatis essentie rationalis
cum trinitate potentiarū imaginis. necnon cuz
viribus sibi insitis per naturā vt ita fas sit dice-
re supnaturalez. Vetus est distinctio de natura
naturante que ē de⁹. et de natura naturata quaz
indidit creaturis. Discipulus. Consentio
que loqueris de vita bonorum. sed reprobozuz
vitam / qualem dicis solitariam an socialem?
Magister. Ego vero neq; solitariam neq; so
cialē appellabo. vtpote. que vita non est ſ mors
horrida / monstrum horrendum. peccator ingēs
est. qui secum dissidet qui cōuenit nulli. qui disſi
patur et soluitur curis et sceleribus. facinoribus
et flagicijs incessanter. sine modo. sine ordine. si-
ne pondere mensura ve subsistens. se odit in se. i
se seuit malus omnib⁹. pessimus sibi. et eo infelt-
ti⁹ quo deterioribus peccatis fuerit obnoxius /
a primo peccatore vsq; ad vltimum. Discipu
lus. Terribile est q̄ loqueris. solitariā habēt
vitam quos opera comitant et rodunt. neq; so-
ciales appellandi sunt / qui nec sibimet federātur
agitati precipites. vbi nullus ordo ſz sempiter-
nus horror inhabitat. Magister. Attuero V
vulgus indoctum veritates istas / ex abdito phi-
losophie et theologie / penetralibus erutas / forte
non capiet. forte tanta mala que tolerat / pacem
apellabit / si ad tempus gaudeat de impunitate
nequicie. si abundat diuitijs. si voluptatibus ef
fluat. maxime si sibi fuerint filij sic̄ nouelle plan-
tationes a iuuentute sua. si filie composite et cir-
cūornate vt similitudo templi. si ꝓmptuaria eo-
rum plena. si oues fetose. si boues crasse. si neq;
ruina. neq; transitus neq; clamor in plateis eo-
rum. Si blandos deniq; senserint amicos dicen
tes: Beatum populum cui hec sūt. Sed heu po
pule meus (q̄queritur ꝓpheta dicens) qui be
atum te dicunt ipi te decipiunt. Ratio. quia so-
lus beatus popul⁹ cuius domin⁹ deus eius. qui
solus est in desolatione potens adiutor in associ
ando fidelis comitator. Discipulus. Expe-
dit ergo loqui familiari⁹ de vita solitaria. cōfor
miter ad acceptionem vulgarium. tunc eni eo fi-
et vtilior quo cōmunior sermo multis. Ma-
gister. Recte censes. Sapientib⁹ enim et insipi
entibus debitores sumus. Fiet autem lucidius
si per distinctiones et diffinitiones habeatur reso
lutio. cōsequenter ad p̄mam vite solitarie diffini
tionem generalem. que deo simul cōuenit ange-
lis et hominib⁹ suo modo. Loquimur preterea
de viatoribus solis hominib⁹ quos docere mo-
neregq; iam possum⁹. Et quoniā solitariū distin-
guitur cōtra sociale non ſm rem sed ſm formalē
rōnez / prius est videre q̄t modis aliq̄d dicaſ so-
ciale. nō q̄litercūq; ſ i vita būana seu morali. Et
tēde q̄t i genere vel specie. talis vite socialis mo
dos iuenies. Discipul⁹. Vbs. duas p̄mo so
cietates ponit iconomicā et politicam. Politica
vo mltiplex ē. Una ciuitati pfecte. altera patrie
magne seu puicie. Deinde policias bonas distin-
guit. in regnū. aristocraciā. et thimocraciā. Vo
sitā vo sacerdotū. q̄ dudū druydes i gallia voca
baſ determiat ptē eē policie cuiuslibet pfecte sic
et milites et populū. Magr. Sufficit ista no-
tasse ad iueniēdū distinctionē vite solitarie mul-
tiplicē. ne nos decipiat ambiguitas i noie. Vor
ro ne pgressus eat in imēsuz coartabiſ ſb tetra-
de seu q̄ternario. Et dicem⁹ q̄ est vita solitaria.
p̄mo celibalis. scdo monachalis. tertio heremi-
tical is. quarto sapientialis. Vita celibalis. ē vi-
ta creature rationalis. abdicans a se societatem
cōiugalem ꝓpter deum. vt liberius ei fuiatur i
continentia corpali aliter q̄ iconomica societas

Vita monachal' vltra celibalē abdicat a se ap p
ptatōz rerū psonaliū ⁊ ppam volūtatez ppter
deum in pnia salutari. aliꝫ q̄ politica ciuilitas.
Vita heremitical' vltra monachalē abdicat a se
societatē humanā ſm loca tpa ppē deū. i absti-
nentia singulari aliter q̄ monachal' vel ciuil' so-
cietas. Vita solitaria sapiential' repiꝫ in q̄libet
seu sub q̄libet genere vite solitarie triplicis scri-
pte. Et est vita/abdicās a se q̄tum fert humana
mortalitas: q̄cquid obstare pōt sapie ꝓtemplā-
de ppter deū ⁊ expientie sapozali aut pfecti⁹ q̄
sentiat aut sapiat q̄is hūana cōitas. Ecce
⁊ q̄druplicem vitam solitariā q̄ q̄druplici opponiꝫ
vite sociali. ſm rōes formales aut obiectales sū
ptas ex primis finib⁹ ⁊ differētijs accidētalib⁹.
Et pma est approbata sacerdotij vel ordis sacri.
Quis alij sunt celibes q̄ sacerdotes vl' ordis sa/
cri. pfessores. sed non ad sac̄ deputati mysteria.
Scda vita est monasterij vel cenobij vl' claustri
⁊ hoim sub triplici voto viuētiū. Tertia ē here-
mi vel deſti ⁊ hoim loco segregato se ꝓtinētiuz
ppter deū. Quarta vita ē studij nō q̄liscūq̄ sed
diuie sapie. Et ista est hoim apud semetipos cō
templantiū. curis oib⁹ alijs postpositis ⁊ calca-
tis vel reuerenē omissis. qō addiꝫ ppē istos/ q̄
regularib⁹ astricti disciplinis. licentiā accipiunt
legitimā q̄ non exerceanē in ill'. ſ vacēt ocio san
cto sapie ꝓtemplande. Notat psal'. tres ſb tri-
bus auibus solitudines. Similiꝫ inq̄t factus sum
pelicano solitudis. ſ est approbatioz heremitis
Et factꝰ sum sicut nycticoraxꝫ in domicilio. hec
cenobitis vel monachis. Vigilaui ⁊ fa. ſ. ſi. p. ſ.
in te. hec p ꝓtemplatiuis. q̄si sup tectū i ciuitati-
bus sibimet vacātib⁹. Disci. Vlte passiz
inueniunē traditōes de triplici vita. prima q̄ so-
litaria oz non simpl'r ſ p respectū ad societatem
oppositā. Clericos em̄ celibes/scim⁹ q̄tidie publi
te ꝓuersantes. carēt tñ iconomica societate. ⁊ il-
lo ꝓsortio qō ab inicio de⁹ ꝓstituit dicēs. Nō est
bonū hoiem esse solū/ faciam⁹ ei adiutoriuz sile
bi: qō ꝓsortium xp̄s in noua lege tpauit nō pe
nitus abdicās ab hoibus sed pferēs castitatem
illoz q̄ sunt eunuchi ppter regnū dei. Qui pōt
cape capiat. Vita taliu celibū hac rōe oz solita-
ria. deinde plus monachoz. Deinde spēalius
heremitaꝝ vel anachoritarū. Nūc de q̄rta vita
solitaria cui⁹ nomē nō ita resonat in vsu vulga-
ri/colloqui deinceps desidero. Et pmo q̄s sit fi-
nis eius spēalis ⁊ primus. Vlgr // Finis q̄
generalē est de iure vel facto/cuilibz homi. ſ. vni
uerſi deo p gr̄am ⁊ vtutes/iste est homi ꝓtēplati/
no spēalis ⁊ primus/nec alter oino sibi pstituit
Nō vult bñficioz̄ curis intendere nō regimini
etiā spiritali pl'oꝝ/ vt sacerdotes/plati. nō vult
officiū claustrale si fas habeat insēq̄. non vult in
austeritate heremi seip̄m ꝓcludere/sed tpantur
vti cibo ⁊ somno ⁊ obseq̄o tolerabili vni⁹ l'pau-
corū vult sufficientiā hr̄e libroz̄/ad intelligētiā
sapie valentiū/vult aliq̄n sed rarissime collatōz
disputatōis hr̄e cū scholasticis/quoꝝ vita socia-
lis est/nō ſb mō solitaria/nec penitus tali fine.
Laboraī igiꝫ multi vt intelligāt ⁊ disputent. de
sapore ꝝo gustare vel negligūt vel neq̄unt/distē
ti curis alijs aut passionib⁹ sensualibus ipediti.
Disci. Manifesti⁹ ista patebūt si exempla ⁊
narraueris. Vlgr Narrabo/sed p̄mit⁹ ex-
plicabo finem ocioſi nri vel sapie studioſi. Ita
em̄ magis ſb noie q̄ solitarij vocād⁹ apparet.
Studet alternatim velut eque p̄mo. nūc intelli-
gere quē credit fine. nunc sape ea vel sapozare p
affectū q̄ credidit aut intelligit Hic est ei duplex
oculus ꝓtemplatōis se mutuo iuuās ⁊ ꝓsequēs
⁊ ſb ſm duplicez vim ratōis supioris/in qua du
plex ps create consistit imaginis beate trinitat⁹
Intellectus. ſ. ⁊ affectus siue rō ⁊ volūtas siue i
telligentia veri summi boni. ⁊ sinderi sis put oz
scintilla tendens in amorē p̄mi boni. Cetez post
hunc finem duplicē vnus est posse interp̄tari q̄
sentit ⁊ intelligit q̄tum licet eloq̄. Vlta quipe
sunt arcana intus ꝝba/que non licet hoi ex̄ loq̄.
Subinde q̄rtus finis est in p̄mptitudine animi/
non sp in opis execut̄oe/eccl'am edificare ⁊ illu-
minare. in toto vel in pte. ex his ⁊ p illa q̄ ꝓtem-
platus est sapienē. Nunc accipe p̄mū exempluz
⁊ p̄cipuū post xp̄m sapiētissime ml'erum. Legis
itaq̄ de maria q̄ ꝓfuabat omnia ꝝba/q̄ de xp̄o
erant. conferēs in corde suo. Ecce duplicē p̄mū
finem/intelligende sapie ⁊ assidue meditande in
corde suo. qō intelligiꝫ supioz ps rōis l'arx men
tis. Vocat em̄ sapia ad arcē ⁊ ad mēsam. Ver-
ba nempe sapie dulciora sunt sup mel et fauum.
Ita si fauus masticatus dente meditatōis rum-
patur ⁊ effluat in os non infecte mētis. Ꝓxo
duplex alter ⁊nis q̄ est interp̄tari posse contem-
plata ⁊ eccl'am illuminare. nōne cogſciꝫ in maria
fuisse ſm doctores/q̄n reuelauit apostol' ⁊ euan
gelistis ea q̄ de filio suo xp̄o erāt. q̄tū ⁊ quousq̄
licuit ei loq̄. ⁊ audire decuit alios vel expediuit?
Non ſb ignorabas o ignati/feruenē ignite. cui⁹
amor erat te dicēte crucifixus. Etem̄ scp̄siſti ma
rie xp̄ifere. Venire inq̄t debueras visitare neo-
phicos vt ex te ⁊ p te ⁊ in te ꝓfirmētur. Cui beni
gne maria humil' ancilla rescripsit se cū iobe vē-
turam Disci. // Congtulor in exēplo. ſ scri-
pta sapie sue debuerat vt viōz posteritati relin-
q̄re Vlgr // Neq̄q̄. Intelligebat etiaꝫ tunc
modestissima femina ꝝ id qō ap'ls postea sanxit
doctrinā publicā nō esse femine sexus officiū p̄-
ſtim regulare. Confundit exemplo suo garruli
tatem arrogantē nonnullarū/q̄s in spū futuras
aspiciebat feminarū. Intelligebat p̄terea causā
in filio suo xp̄o alterā q̄ suā noluit p calamum et
attramentū scribere legem. ſm deductōz augl.
de ꝓsensu euāgelistarū circa p̄ncipiuz. Scripsit

eam sufficient. ⁊ adhuc q̄tidie scribit in cordib⁹ fideliū. Nō eueniurū Hiere. pphauit. Dabo legem meā in viscerib⁹ eorū ⁊ in corde eorū scribā eā. ¶ Bisci. ¶ De doctrinis feminax q̄siui lati⁹ crebro facilit q̄ fallunt in visionib⁹ capitis sui. ⁊ pfecto scient ⁊ subdole q̄q̄ fallūt ⁊ fingunt. Loq̄r exptus de multis. ¶ Nobrem his omissis dic de viris q̄s exupauit maria mr̄ illa mirabil' femineę cogitatōi masculinū animum inserens. Nam plus q̄ mier ℔. parū est. plus q̄ vir. hoc modicū est. pl⁹ q̄ angelus ois ppe modū sat' ē.

¶ Magr̄. Possem tibi numerare tam aplos q̄ aplicos viros ipis ꝓtemporaneos nisi q sapiaz magis acceperūt p reuelatōz q̄ p scripturarum meditatōz. teste Hiero. Sunt affines ꝓpositō nr̄o augustin⁹ paulopost ꝓuersionē suā segregatus habitās. Et q̄d ageret oñdūt soliloqa sua ⁊ liber confessionis cū multis. Greg⁹. insup mōachus ꝑmo sūm⁹ eps. Preterea sctūs bern. hugo Richar. ꝓtēporanei. In quorū doctrinis/quid sit intelligētia scripturarū q̄d ꝓtemplatio relucz sil' ⁊ qual' fuerit vita taliter ꝓtemplantiū ⁊ sentientiū de dño in bonitate ⁊ simplicitate ⁊ suauitate spūs. satis liquet. ¶ Bisci. ¶ Nominas illos q̄ monastice fuerūt vite. sicut ⁊ beda ⁊ basi. ⁊ Tho. ⁊ dns Bonauen. q̄s subticere nō oportuit. ¶ Magr̄ ¶ Nōne dixi tibi/q nulla spēs vite secludit hoies. q̄n habito moderamie possint vti vita hac ociosa ⁊ studiosa. vel in toto vl' ad tps. si aliunde fuerint idonei ad intelligentiaz ⁊ ꝓtemplatōz scripturarū marie post edomitam furiam passionū. ¶ Bisci. ¶ Quale moderamē intelligis. ¶ Magr̄ ¶ Vacatiōz de qua Hiero. Vacate ⁊ videte/sit anim⁹ liber oportet. sint sensus intus ⁊ ex q̄tissimi necesse est. si gustādo viuere/⁊ vtendo stare volum⁹ qm̄ suauis ē dns ¶ Ceterū. qualia sint tante tranq̄llitatis impedimēta nouerūt q̄ ad ꝓtemplatiuā vitā tradere se satagunt. mōstrat expientia de plurimis de q̄bus radicales causaſ/phisica seu medicinal' dat doctrina. ⁊ sublimi⁹ aperit theologie mystice disciplina. Putas. officiarēt doctores p̄nominati circa tpalia/vel etiā spūalia. monasteriorū exercicia ꝓtinua. Putato meli⁹ q sedebāt ad pedes iesu: audientes ꝙbū illius in scripturis. Sedebant solitarij ⁊ tacebant. sine cantu vl' voce carnis. dum cantabāt dño in cordib⁹ suis. dum inhiabant in supna fluenta fontis vite. dū in ocio suo sine negocio laborabāt ⁊ negociabant p se ⁊ posteris: in intelligentia sapie salutaris. Apta/batur illis ꝙbum scipionis. Nunq̄ min⁹ sol⁹ q̄ cum solus. vt qui poterāt aptis ocul'. ac pedib⁹ mentis expeditis/inserere se toti mōo. p̄teritoz p̄sentiū atq̄ futurorū. tam eorū q̄ vident q̄ eorum q̄ non vident qualia sunt spūalia. Cesserūt ob hoc nonnulli/pastorali cure habite. Alij oblatam suscipe noluerūt. vtentes gabolica simili tudine. de lignis ꝓstituere volentib⁹ sibi regē. q̄bus assensit ramn⁹ non oliua. nō ficus. nō vitis ꝓtente dulcedine fructus sui. ¶ Bisci. ¶ Habz multā q̄sitōnem si platōnis status in vita actiua sit pfectioris eminentioziscz meriti/ q̄ solitarioz̄ ꝓtemplatiuoz̄ vita. Qua sup re Ebryf. ad basiliū dyalogisans/pfert absq̄ dubitatione pfulatū. ¶ Magr̄ ¶ Nolumus ad pñs istam subintrare litem. vtraq̄ vita certe cōtemplatiua et actiua pulchra est. Vtraq̄ meritoria. vtraq̄ deo donuz. vtraq̄ distributio spūssancti. vtrūq̄ necessariū est mystici corpis ornamentū ⁊ mēbruz Legat elegantissima similitudis istius deducto p ap'm ad Roma. atq̄ Ihoz. introducta. quā nec aristo. nec plutarchus siluerūt. Contempla tiuum te cōstituit deus. noli altum sape. ⁊ time. Vide ne casus hinc grauior fiat/ quo mēs altio⁹ fuerit eleuata. gemens illud. Et eleuās allisisti me. Caue ne montem ascēdere coneris. vñ tāq̄ fulgur videbat xp̄s sathanā de celo cadentem. Si constitutus es in lecto ꝓtemplatōnis ociose si mysteria noueris. oia. si posueris in celo nidū tuum. si caput nubes tegerit. tu ad vnum flatuz superbie reprobus a charitate factus: detraheris in abyssum. ⁊ tanq̄ sterquiliniuz in fine p̄deris. q̄n ille actiuus iudicio tuo mūdanus ror⁹. p difficiles distractus actōes mordacib⁹ attritus curis celestia nec intelligēs nec sapiēs/ suscipietur humiliatus in celū. agente miscōia illius qui scitat de puluere egenū. ⁊ de stercore erigit pauperem vt sedeat cū p̄ncipibus ⁊ soliū gl'e teneat. ¶ Ambulet vnusq̄sq̄ vocatōe q̄ vocat⁹ est in timore ⁊ tremore. Nemo iudicet alienū suum. p quo xp̄s mortuus est. Suo dño stat aut cadit. liberatus es a cura secularū actionū. non incūbit tibi regimen p auxiliū primozū. tibi tuecz salutī vacare ꝓcessum est. Vaca igit̄ gtus deo. Labores ipos/iuua p̄cibus assiduis. memineri iudiciozū dei terribilium sup filios hoim q̄ quorum vult miserē. Clemens inq̄t ero in quē mihi placuerit. Denicz p concluso tene q̄ quia fuerit humilioz ac vilioz in ocul' suis apud deuz respiciet illū ꝓpitius ⁊ mificos deus: q̄ os loquitur ꝓphete. ad quem respiciā nisi ad pauperculum ⁊ contritū spū/⁊ trementē ꝑmōes meos. ¶ Bisci. ¶ Nonne maledictus q̄ ꝓtem suā facit deteriorem. Cur nō igit̄ q̄libet aptus sedere ad pedes iesu/⁊ audire ꝙba eius in ocio cuz maria ꝓtem optimā (iudice xp̄o iesu) sibi q̄rit? Cur nō implebit hortatōnem sapientis. p̄curre poz i domum tuā. ⁊ illuc aduoca te. ⁊ illuc lude. age conceptōnes tuas. Et iterū. Fili in paucis sint actus tui. ⁊ in tpe ocij scribe sapiam cuius quersatio habet amaritudinē. cuius aspect⁹ pulcrioz ē supsolem. cuius amore iohānes puer allect⁹ cōfortabat spū. ⁊ erat in deliis. ¶ Magr̄ ¶ Attende q̄d sequit̄. vsq̄ in diem ostēsionis sue ad israel.

